


Archives de la Grande Chartreuse



A-5  
135 a²



# CHARTREUSE de **LYON**

↔ Lys du Saint-Esprit ↔

( PROVINCE DE CHARTREUSE )

---

CHRONIQUE DE 1580-1636

---

*Manuscrits du Ven. Père Dom Palémon BASTIN*

*Cartusia*  
*Liliorum sancti spiritus*  
*in*  
*Civitate Lugdunensi.* —

---

*Chronicon*  
*Ab anno 1580 usque 1696.* —

---

Nº 1.

Anno Domini millesimo quingentesimo octogesimo, presidente Ordini Cartusicis R<sup>do</sup> Patre Bernardo Carasso (1566 + 1586), Capitulo generali propositum est de faciendis Lugduni novae domus fundamentis. Illa inter civitates Regni Galliarum celeberrimas ob exterarum nationum commercium merito annumeratur. Unde omnium calculo ibidem, Cartusiam constanti pro totius Ordinis commodo et Ecclesiae Catholicae splendore statutum est. Ita Patres in comitiis Generalibus coadunati sanxerunt; cuiusquidem consilii felix exitus Illos Spiritu S<sup>to</sup> afflato plane comprobavit. Capituli Generalis Diffinitores ad novae plantationis aedificationem, statim duodecim millia librarum, ex comitiis generalium, economica parcitate collectarum destinaverunt. Verum haec summa levioris erat ponderis ut tam grandi aedificiorum molis et splendido operi sufficeret. Placuit igitur Patribus, ut de operis suscepti consilio Henricus III rex Franciae certior redderetur, idoque R<sup>dm</sup> Patrem Ven. Patrem, Hieronimum Marchand, primariae Cartusiae olim Vicarium, virum probitate et vitae sanctimoniam nominatissimum delegavit, qui ab Rege sciscitaretur utrum tali proposito assentiret, utrumque elemosinis suis novae Cartusiae constructioni favere veller. Profectus e majori Cartusia Hieronimus Regiam Majestatem convenit, a qua pro solita urbanitate et innata humanitate benigniter exceptus, legationis suae causas exposuit, quibus ex integro prolatis, Rex Christianissimus R<sup>di</sup> Patris intentionem mire laudavit probavitque, cumque Cartusicentem Ordinem, eximiamque Hieronimi virtutem debitis laudibus et elogis extulisset, honorificum sibi hujusce novae aeni fundatoris nomen et titulum vindicavit, sancitque ut domus consecraretur Dicareturque Spiritui S<sup>to</sup>, in cuius honorem a diebus non multis equestrem Ordinem ex primariis nobilioribus et aulae suae principibus compositum instituerat, placuit quoque ut inter domus insignia Spiritus S<sup>ti</sup> effigies una cum lili flore

pro gentili symbolo depingeretur, illam que Spiritus S<sup>ti</sup> Cartusiam nuncupari voluit,  
scripsit etiam D<sup>no</sup> de Mandelot tunc provinciae Lugdunensis Administratori, iussit  
que ut pio operi manum admovent, Cartusianæ rei faveret, curaret que dili-  
genter ut aptus conveniens que solitarius celestibus locus pro construendo cenobio  
deligeretur. His tam libenter benigne que a Christianissimæ majestatis munifi-  
centia impetratis, Rector Lugdunensis regionis de Regis voluntate informatus,  
iussa Principis tum propter erga Cartusianos singulari studium tum ob suam  
pietatem adimplevit, mox que loci commodioris inquisitione facta, tandem  
domus designata est dicta la Giroflée super altum clivum sita et in  
abditiori remotiorique parte ab hujus urbis celeberrimæ tumulta. Ibi  
faciliter cæperunt figura tentoria Cartusiani, ibi inquam monasterium erigere  
supra pinguis cujusdam arvi et altae rupis verticem situm, ad cuius radices  
civitas despicitur, Araris Rhodanique confluenta divisa, a latere impens hoc  
et celeberrimum flumen, hæta et speciosa Delphinatus planities, præcelsum  
que Alpium jugum amœniter oculis distinguuntur. ad latus alterum ex  
adverso mons alius eminens, a quo e regione Arar marginatur, frequenti  
basilicarum et domorum campestrium amœniter decoratus. Orus etiam  
tutissima et in prærupta rupe excisa constructa que apparatus, deinde  
Canoniorum collegium Deipharæ modo, quondam vero Veneri dicatum,  
Carmelitarum discalceatorum et Franciscanorum conventus comprehendit etiam  
et enormant illam regionem. Hunc super montem Cartusia Lugdunensis  
inter domos Ordinis gratissima emicat tum propter æminia ædificiorum  
ornamenta, strictissimis dimensionum legibus deducta et castigatione summa  
que tam sacri Ordinis reverentiæ et modestiæ haud sane dissonantia.

N<sup>o</sup> 2

Interca præfatus Lugdunensis tractus administrat de supra dictæ  
domus la Giroflée pretio, cum domino Muteo Tralo convexit, qui eam a domino de  
Crémaux habuerat, sique pro illius acquisitione quatuor centorum millia nume-  
rata sunt. Res sic facilliter gesta prima Cartusial Lugdunensis fundamenta fecit.  
Paulo post D<sup>ni</sup> Pater huius novæ plantationi præfecit V. P. Hieronimum Noarchand  
qui eam prudentia industria que veluti generat et fovemat, nec leve hoc fuit

apud omnes iudicium, quantis postea largitor bonorum omnium Deus opt. Max. hanc nascentem cretam cumulaturus esse beneficiis, quod operis sui valem et tanti merito, tanque conspicuae virtutis administrationem sibi delegisset.

3. Verum dum laustis adeo incitis res peragitur opusque promovetur, grave obstaculum interpositum est; per id enim temporis, intestini motus undequaque exundantes, non nisi triste Galliarum imperio funus et exitum minabantur; nam provinciarum tumultus, populorum discordiae, vafri et perduelles animi, et quorundam seditiosorum factiones, qui personata pietate et laudata religionis specie de manibus veri et legitimi professoris sceptrum arripere cupientes Diadema gallicum externo capiti imponere conabantur, is nova domus prudens superior subodoratus est, quod mutata rerum facies et urgens hujusce monarchicae necessitas regi Christianissimo implere promissa minime permetterent; quamobrem ex corde humili gratias agens Deo quod omnia hominum subsidia subtraxisset, de quorum potentate et benevolentia multum proesumpserat ad unius Dei bonitatem confugit, Providentiamque ejus operis incepti fundatricem elegit, commutans longe feliciter mortalem Principem (qui incensum hujus eremi fundator nuncupari voluerat) cum immortalis et Omnipotentis Regis, cui cuncta subficiuntur; in quo nulla est vicissitudinis obumbratio, cuiusque immutabilia decreta defectum pati aut effectum non sortiri (licet toto ruente naturae statu) nullatenus promittit. Jura ejus et imperium iis legibus conduntur et stabiliantur, quas nulla valet violare aut transgredi creatura. Porro si eo durante vitae mortalis cursu aliquam sint suis non parare preceptis, aut abs se fornicari, nunquam tamen contingit, ut illa fugam epus benigna et patiens ad tempus aliquod rebelles animas sustinet, verum potestas epus summe infinita eas tamen ad obsequium cogit et ad aeternae sapientiae leges cohibet et compellit, omnia suae ditioni subficiens et imperio. Hic praebatus prorsus admirabilis, factis super Dominum curis suis omnibus nonnulla coepit construere et ordinare in angusto hoc habitaculo, quibus sensim regularis vita dignosceretur, cumque nihil vehementiori affectu enquireret nisi quomodo divinae maiestatis gratiam pro se magis

ac magis

ac magis sibi conciliare, in hoc unum incubuit omnis ejus sollicitudo, nempe ut illi sacellum et altare erigeret et consecraret, unde brevissimo temporis intervallo loculum ita pie ac decenter disposuit, ut cum quispiam ingredi vix potuisset, quin ad Deum et ad cor cito revertetur, eumque videre sufficeret ut suavissimo solitudinis amore et veneratione irretiri (quod quidem multis contigit) et rebus mundanis valedicere impelli se quisque fateretur. Interea Divina Clementia dubiis ministris sui rebus bene provida, juveni cuidam conversationis monasticæ desiderium inspiravit, et voluntatem ut pro modulo ad Cartusiae constructionem pecuniam conferret. Ille divino nutui obtemperans mille libras ad promovendum opus Hieronimo Marchand largitus est. Porro vir sanctus Hieronimus noster zelo zelans pro gloria et incremento novellæ plantationis, attenuatus licet jejuniis vix alimentum necessarium corpori suo indulgebat, semel etenim quotidie post solis occasum perfunctorie frustulo panis mendicæ vitam tolerabat, quod insolitum frugalitatis exemplum operarios Domus quamvis hæreticos in amorem simul et admirationem Ven. Patris rapiebat. Sic igitur Hieronimus fraudans se victu suo, industria paritans Domunculam de die in diem cadaveri lectus considerabat. O felix nimium, eremus cujus primordia fundamenta que lacrimis et sudore tanti viri stabilierunt. In hac rerum pene omnium penuria solo Dei verbo saginatus noster Hieronimus unum tantum reliquum paupertatis comitem et paucissimos domesticos habebat, quorum unius testimonio novimus hunc terrestrem angelum in tantâ rerum omnium penuria vixit, ut toto fœcæ hyemalis temporis spatio, frigidibus horientibus sese in clibanum reciperet.

4- Anno Domini 1587. (c'est 1588, voir le cat. de Trévoux) cum R<sup>dux</sup> P. O. Hieronimus Liguarius ob infirmitates totius Ordinis regimen deposuisset, e Cartusiae Lugdunensis solitudine Hieronimus noster in illius locum affectus impositum onus, quantum potuit, declinavit, effugit, flevit, latuit et quanto major oculis hominum apparebat, tanto minor sibi ipsi videbatur. Interim demandatam sibi provinciam invitus suscipiens suum in administratione Lugdunensis eremi successorem Ven. P. O. Ludovicum Bazemont Cartusiae Parisiensis alumnus elegit, quo postea officio absolutus D. Cussanum. (c'est Curran, voir cat. de Trévoux)

succesorem habuit. Huic Domini profuit Cassanus usque ad annum 1590. Quo tempore juvenis quidam Petrus Robineau triginta circiter annos natus divino illustratus radio ab imis haereseos tenebris, in quibus tantopere consepultus jacuerat, ad aeternae veritatis lumen oculos aperuit, et fidei orthodoxae dogmata professus, ita plene et perfecte ad Deum convertitur, ut Spiritus S<sup>ti</sup> gratia impulsus mundo renunciare meditaretur. Interim factans cogitatum suum in Domino, cui cura singularis est humanae salutis, nec dum res ita disposita, quae optatum tunc temporis sortiri pondus effectum, strictissimum cum Domino Antonio Noale singulari Cartusianorum amico et in urbe Lugdunensi agente generali Cartusianis familiae, foedus amicitiae inivit, cujus operâ religiosis inotescens eas saepe saepius convenit, sollicitus audire quae ad recte sancteque vivendi normam spectarent. In Cartusiae saecello orationi vacabat assidue, unde amore divino exortuans Christum pauperem sequi omnino caput se statuit. Verum nihil penitus de se praesumens sola Dei pietate et miseratione suffultus tale propositum aggressus est, et ut magis ac magis in hac caelesti vocatione corroboraretur, saepissime Lugdunensem exerem adibat in oratione pernoctans conclusus saecello, in quo divinum officium nondum persolvebatur, deficiente competente monachorum numero. Cum igitur Petrus in Deo facibus divini amoris accendi se cerneret, et saecello nunquam mittere, afflante divino numine, compelleretur, mentem suam Domino Noale aperuit rogans ut R<sup>do</sup> Patri Generali rem litteris praefereret, informaretque quod se totum Ordini non modo devoveret, sed et omnia sua conferret Cartusiae Lugdunensis aedificio. Qua intentione approbata et plurimum laudata a R<sup>do</sup> Patre factum est eo ipso tempore, ut hujus novae Domus regimen R<sup>do</sup> P<sup>tri</sup> Guillelmo Chesolmo, Dunblanensi quondam praesule postea Vasionensi et majoris Cartusiae professo, committeretur; qui Lugdunum veniens et initum consilium ibidem construendi cenobii Marchioni De S<sup>to</sup> Berlino, Domini de Semours germano, urbis que rectoribus communicavit, a quibus mundum petita facultatem et assensum obtinuit pro hujusmodi aedificatione promovenda, id patet publicis instrumentis hac de re conscriptis.

5.- His igitur de bono in melius ita dispositis, jam promissa non reproscere

sed exequi studuit quod certe sanctius et religiosius adimplere nunquam potuit quam  
extruendae sedis sacrae sumptus impertiendo. Quamobrem duo scutorum millia nu-  
meravit. Unde nonis Aprilis anno 1590 primus fundamentorum lapis a Domino de  
Villars, Viennensi Archiepiscopo, benedictus, appositus est a Marchione S. Sorlini,  
adstantibus summo Domini d'Espineti Lugdunensis Antistitis vicario, Domino Chalou  
S<sup>te</sup> nicetiae secretario et pluribus aliis Civitatis spectabilibus viris tum ecclesiasticis  
tum etiam secularibus.

Haec summa sex mille librarum jauidum expensa, qui eam erogaverat, is  
et tria alia librarum millia in honorem ter Sanctissimae Trinitatis superaddidit,  
quae statim sex etiam mille libris adauca sunt. Quibus non contentus proce-  
denti desiderio, quo flagrabat pauperem fieri, ut Christum suis ditaret divitiis,  
septem alia millia vir plane munificus largitus est, ut septiformem S<sup>te</sup> Spiritus  
operam et veneraretur recipere. Demum tanto devotionis et benevolentiae  
affectu exarsit ut sicut Deum in Trinitate unicum, et Deum hominem et  
magistrum coleret, discipulos quoque summo honore prosequeretur, in quorum  
memoriam duodecim scutorum millia, quae in suos usus reservaverat, libentis-  
sime distribuit. Quae summa majoris Ecclesiae chorus, garophylacium et  
minoris claustrum pars aliqua tantum constructa sunt; aedificiorum etenim  
fundamenta quatuor aut quinque pedes in latitudinem continentia hujus  
elemosinae dimidiam partem absorbuerant. Id accidit circa annum  
1594, Domino Robinello tunc primariae Cartusiae professo. (Le catalogue des  
profes de Chartreuse dit de lui: « Petrus Paulus Robineau Lugdunensis  
professionem fecit 17 Aprilis 1594, obiit 1600 Curriae habens missam de  
Assumptione per Koh. Ord. ipse est qui omnia sua tradidit in aedificationem  
domus Lugdunensis ». La Carte de 1600 dit: « Obiit Petrus Paulus Robineau  
prof<sup>us</sup> Cartusiae et autignion Domus Curriae hab. per Koh. Ord. missam sub  
officio Assumptionis »).

Eo ipso fere tempore ad Antissimum Cartusianorum portum Divino  
afflatus appulit Dominus Neodatus du Lillet, Joannis filius Senator Parisiensis  
Abbas S<sup>te</sup> Stephani Divisionensis, vota quoque prof. monis in Matrice Cartusiae emisit.

(1 nov. 1593 d'après le cat. de profs de Chart<sup>re</sup>) Hoc via clarissimus pro jam non necessa-  
ris sed convergentis S<sup>cti</sup> Spiritus aeni aedificiis duo settorum milia reliquit.

6- Anno 1595. 11<sup>bre</sup> Dominus Bariole filius Domini de Mousy, primi in  
supremo concilio praesidis, moxq<sup>ue</sup> etiam in praedicta majori Cartena religionis  
habitu, quinquaginta annui redditus scuta eidem Domini Lugdunensi donavit  
solvenda singulis annis a Domino de Montpensier, creditaque in vectigalia  
Domborum civitatis.

(D. Bernardus Bariole parisiensis fca professioni in la 9<sup>se</sup> Ch<sup>re</sup> le 2 fevrier 1597.)

7- Anno 1597 huic etiam monasterio Domo dedit mille quinquaginta  
scuta Dominus de Genier nobilis mediomatensis debita a Domino de Paris toparcha  
de Vantrot in comitatu Avenionensi, quibus cuncta fuere ducenta scuta annua  
a praedicto Domino de Mousy, Domini Bariole germano, collocata in portoria  
eadem Domborum et solvenda annuatim ab eodem D<sup>no</sup> de Montpensier sub  
eadem temperate

Dominus Petrus Blachius praepositus et agens Domini Guisot de Moasso  
urbanorum vectigalium questoris, pridie quam vita fungeretur, clam in  
manus Domini Mallo pro domus Lugdunensis constructione peragenda tradidit  
diversis monetarum speciebus quadraginta scuta, quae consumpta sunt in  
triplici mero, quo Ecclesia et monachorum chorus ambiuntur et circumcluduntur.

8- Porro ut haec amoenissima domus non saeculari tantum munificentia  
et liberalitate dotaretur, eadem temperate quatuor domus Ordinis nomina-  
tissimae Eicensis scilicet, S. Brunonis, Neapolitana et Padulae potentia D<sup>ni</sup>  
P. Hieronimi cura et sollicitudine centum scuta ad certum tempus singulis  
annis singulae libenter largitae sunt usque ad annum 1617, quo a D<sup>no</sup>  
P. Brunone d'Affringues ab hoc pensio eximi petierunt quorum votis ammitti  
summus Ordinis Praefectus. Quis modo non miretur divinae pietatis operibus  
dispositionem, quis non dixerit hunc omnem apparatus inter tot publicos  
labamitates et motus bellicos debuisse irritum fieri, ita profecto humane  
laqueando, incassum fuissent tot labores, nisi aliae fuissent Dei cogitationes.  
Etenim dum ventilanda credebatur et quasi in nihilum redigenda Lugdunensis

venus, ea Deo auxiliante suscepit incrementa (quae superius attigimus) sub  
regimine R. P. Hieronimi et R. Guillelmi ut in brevi ad honorem Dei, totiusque  
Cartusiani coetus splendorem aedificii moles amirgeret. Et enim Dominus novellam  
hanc plantationem in dies suis adaugebat benedictionibus ob eximiam praefatorum  
Superiorum vitae sanctimoniam.

9- In locum R. P. Guillelmi, Romanae Cartusiae Prioris instituti, successus est  
a R<sup>o</sup> Patre Ven. Pater D. Gilbertus de Lannay, majoris Cartusiae profectus, cujus  
administrationi unius anni spatio vacavit. Nam in Cartusiam Coloniensem  
mirus vicarii munus ibidem exercuit.

10- Huic successit anno 1593 (c'est 1592, voir le cat. de Priam) Ven. P. Antonius  
a S<sup>to</sup> Paulo D<sup>us</sup> 1<sup>us</sup> Cuius Superior. Cujus virtutes summatione perstrinximus in  
Cartusiae Coloniensis Descriptione. Dum venerandus ille pater hujusmodi artistaret,  
relicta sanctitatis opinione R. Guillelmus Bronae ad beatam immortalitatem  
perrexit (c'est faut D. Antoine n'était plus Prior de Lyon. D. Guillaume Chesol-  
muis est mort le 26 sept. 1693) Cujus mentionem uti par est, in vita R<sup>o</sup> P.  
Hieronimi nostri faciemus, quos enim Deus singularis amicitiae nexu conjunxerat,  
nefas est nobis separare.

11- Paulo post anno scilicet 1594 11<sup>to</sup> impollutum Deo spiritum reddidit Hieronimus  
notus, qui divini honoris et gloriae zelator acerrimus, iuxta Cartusiensem ritum  
diu noctuque divinum officium persolveri statuit; cuius huius Domunculae summo-  
pere faveret, quam veluti alumnam in paterno charitatis gremio portabat  
fovebatque, munitam et incautam prorsum (aeternum amoris pignus) ei largi-  
tus est, adiecit insuper non mediocrem pecuniae summam, quam a Domino de Bexier  
acceperat. Quod minusculum tam eleganter concinneque elaboratum erat, ut  
juveni cuidam illud furandi primum desiderium excitaverit, quippe qui ipsum  
Dominum intra octavas Augustissimi altaris sacramenti viderit expositum, unde  
hora refectorii, ea die per horti fenestras sacellum intravit, ubi sacrosancta  
eucharistia tum propter festi sollemnitatem, tum ob consequendas indulgentias ado-  
randa proponebatur. licet autem vi quadam occulta divinaeque ter repulsus  
fuerit, nihilominus tamen proprio obsecratus flagitio et in proposito penitus obduratus

(totus contumeliosus referens) sacrilega manu, sacrosanctum vasculum surripuit et in  
foetido subligamento suo illud abscondit, quoque prius transierat, hac iterum regrediens,  
civitatis moenia portamque S. Sebastiani petiit, et in Dumera venerandum Christi  
corpus hostias que minores in eo contentas et corporali involutas, extrema impie-  
tate projecit. Verum qui sequitur nocentes ultor a tergo Deus, tanti nefandique  
sceleris impatiens vindictam protinus arripuit, tamque horribili formidine  
et tremore vehementi impium hunc et sacrilegum concussit, ut urbis fores,  
per quas fugam meditabatur, egredi nunquam potuerit; divina namque  
ita permittente justitia, praesumpti ad custodiam civitatis vacillantem incensum,  
vultum et annos animi motus cernentes, nefas horrendum et ex fronte  
ejus malum quid auspiciati sunt, confirmatique hoc in judicio ob lapsum  
crucis sacrae pixidis, sacrilegum apprehenderunt, tribunoque suo tradiderunt.  
Cui testimonium hujusce rei et propriae conscientiae stimulo coactus crimen  
confessus est, moxque ejusdem tribuni pia sollicitudine protinus facta  
inquisitione de Augustissimo Sacramento, inventum divini erga nos amoris  
venerabile pignus eam quo fieri potuit, devotione et reverentia in aulam manu  
transferri, et super mensam multis circum accensis facibus repari curavit, ad  
quam supplicii modo monachi convenientes et in manu certam audentem  
gestantes, illud ad locum, ex quo furto sublatum fuerat, retulerunt non  
sine dolore vehementi, tam execrandi reatus in sacratissimam Christi perso-  
nam perpetrati. Cujus ob expiationem omnes simul in choro post nocturnas  
preces disciplinam acceperunt. His ita gestis paulo post fur ille capitali  
rota in foro plexus est, poenas que dedisset ante monasterii fores, sicuti sen-  
tentia ferebat, nisi suis precibus et sollicitationibus religiosi apud iudices pro-  
saluissent.

12. Interim, post obitum R. P. Hibronini Marchandi, ad generalem  
Cartusianae familiae praefecturam R. P. Joannes Moichel asceta Parisiensis  
domus assumitur, quem antecessor ejus ob rerum agendarum peritiam  
evocaverat ad aliam Cartusiae domum, quo ad libitum inter arduas Ordinis  
res Joannis Moichel coadjutoris sui sapientia, dexteritate consilioque uteretur.

Hic devotissimus pater Hieronimi nostri vestigiis insistens illius ita menti adhaerit, ut in omnibus sese perfectum tanti Patris imitatorum exhibuerit. Nihil quippe habuit antiquius quam Cartusienis Instituti regularem observantiam. Vallis viridis iuxta Parisios Moderator sapientissimus, Franciae provinciam visitator, multoties summam cum laude alias lustraverat. In theologiae mysticae Magister peritissimus singulari quodam orationis spiritu sublimatus, summam cum devotione et reverentia Divini officii pensum persolvebat. Id satis superque testantur illius exercitia quae pietatem spirant et Dei amorem. Vix ullus unquam in agendo prudentior, in deliberando maturior et in exequendo constantior, in exercitiis ferventior apparuit. Haec in dignitate constitutus eandem erga Cartusiam Lugdunensem curam, paternam sollicitudinem et affectum retinuit; quapropter statuit ut Ven. Pater D. Antonius a S<sup>to</sup> Paulo qui Cartusis Lugduni et S. Crucis praerat, solius monasterii S. Crucis administrationem gereret, eique subrogavit in prioratu D<sup>ni</sup> Liliorum beatae memoriae Ven. P. Thomam Coquebant, majoris Cartusiae monachum, R<sup>o</sup>. P<sup>o</sup>. Hieronimi profertur (Voir le Cat. de Priens. D. Et. Coquebant a succède à D. Gilbert de Lamay en 1598, au moins que D. Gilbert ait été peu de temps Prieur de Lyon, et D. Antoine de S<sup>t</sup>-Paul chargé de l'administration en attendant la nomination d'un nouveau Prieur.)

Hic novus processu Magistro suo suppar sanctitate, dum Prioris munera fungetur, duos fratres conversos recepit, quorum primus fuit fr. Natalis, alter vero fr. Franciscus Laurentius, per quinquennium circiter prioratum exercuit, quo annorum expleto spatio, cum R. P. Joannes Michel sanctissimae conversationis opinione relicta ad beatam immortalitatem migrasset, ad hanc supremam Ordinis dignitatem D. D<sup>ni</sup> d'Affringes Cartusiae Avenionensis Prior doctrinae morumque probitate nominatissimus proventus est, apud quem V. P. Thomas Coquebant instans importuna et opportuna tandem aliquando absolutionem ab officio Prioris obtinuit; verum ne lucerna haec ardens et lucens lateret sub medio, Thomas noster colorum Directus est a R<sup>o</sup>. Patria, ut Vicarii locum occuparet suarumque virtutum splendore nascentem adhuc ibidem Cartusiam et

vagientem in cuius illustriarch. Nam ven. P. Antonius a S<sup>to</sup> Paulo Colonaee Domus  
moderator, cui perspecta erat Ethouae sanctitas, illum ex postularat veluti strenuum  
in vincta Domini coadjutorem.

13— Domino Coquebarth successit V. P. D. Petrus Serwal, R<sup>di</sup>-P. D. Brunonis  
d'Affringes et Capituli gen. Scriba, verum post biennium, il' r'ia pas non' e'z' un  
an soir le c'et. des Ricus) ad reginam Montis Dei vocatus est institutusque Picar-  
diae provinciae visitator (c'est conuictor en 1601 et visiteur scullent en 1603).  
Orbakee Domini pastore suo praefectus est V. P. D. Bernardus Barriot. Quo tempore  
anno videlicet 1602 circa S. Joannis Baptistae natalem R. Patris prudentia pa-  
trunisque ad comitia generalia ventium natura deliberatione statutum est  
S. Spiritus Domini de rebus necessariis providere. Temporalis enim rei penuria,  
monachorumque numerus reddituum impar tenuitati multum hujus operis  
consummationi obstabant. Quamobrem, ut juxta Cartusianum morem  
construi proreth facilius novella plantatio Lugdunensis omnes ab ea religiose  
evocare, exceptis Priore et Oeonomo Domus, plurimum expedire visum est.  
Ut mediocri reddito auxilio coenobii constructio pedetentim in melius pro-  
moveretur. His ita Patrum sententia stabilita a majoris chaustie funda-  
mento ductum est fabricae exordium, parsque illius occidentalis, pars septen-  
trionalis eodem tempore una cum orientali portunculā, usque ad minoris  
peristylis gradum completae sunt. Magnam etiam tellurem ab ostio  
conventus usque ad fratrum judicium grangiam muris circumcingi cura-  
verunt. Quod quidem opus anno 1603 labente perfectum est.

14— Sub instantis anni 1604 exordium, Dominus Barriot regiam aulam  
proficitur Henricum IV enoraturus, ut illius pial voluntatis et desiderii  
haeres fieret, ejus sese tam illustrem monarchiae gallicae successorem pro-  
palaverat, velletque hujus Cartusiae fundator magnificus inaugurari.  
Placuit res principi Christianissimo qui statim imperavit solemne diploma  
a Domino de Bellieres cancellario breviter confici, susceptae intentionis  
corroborativum. Decem quoque scutorum millia pollicitus est, quae postea  
tamen minime numerata sunt, (Divina sic disponente providentia) ut

- quod ille libenter promiserat filius ejus regni que haeres Ludovicus XIII pie adimpleret.
- 15- Anno Domini 1605 pridie nonas Julii S<sup>t</sup>i Antonii sacellum a M. D. Antistile Damasceno M. D. De Bellieres Lugdunensis Archiepiscopi suffraganeo consecratum est.
- 16- Eodem anno Romam Delegatus fuit D. Bariot, ut opponeret sese Dominae de Beaurelliers S<sup>t</sup>i Petri Lugdunensis Abbatissae sollicitationibus quae instanter agebat apud summum Pontificem pro confirmatione Domus Cartusiae de Polletens, quam quidem domum fraudulenter falsisque suppositis ab Henrico IV. Reg. Galliarum impetrarat. Quorum ibi amorum spatio commoratus est praefatus V. Pater, unumque tandem obtinisset. ad Principem Christianissimum rescriptio nem jamjam in patriam reversurus febre continua corripitur, qua ingravescens, naturae debitum Romae persoleit 22 Julii an. 1607, ingenti apud Patres Lugdunenses relicto sui desiderio.
- 17- Porro negotium illud tanti erat ponderis, ut ejus eventu multarum Ordinis in Francia domorum pax, tranquillitas et stabilimentum penderent, quae forsari uti Polletense cenobium de securitate et immutabilitate periclitantur, nisi hujus legati curis et prudentia, R<sup>di</sup> que P. D. Brunonis d'effringues sollicitatione assidua felices exitus sortitum fuisset. Pax etenim circumventus fuerat, cum hujus domus, nulla Cartusienis nominis facta mentione, veluti Benedictinae regulae subfacientis concessio exproculata fuisset. Quod cum Henricus comperisset, sibi que impositum fuisse cognovisset, justitiae tenacissimus princeps protinus donationem rescidit et totius Ordinis Cartusiani privilegia solenni decreto confirmari voluit: quod quidem diploma una cum lite ex archivis domus Polletensis et pro majori cautione ad Cartusiam Lugdunensem translatum servatur.
- 18- Hoc edictum desideratam jam dudum occasionem praebuit, qua ex ~~Amolumentis~~ et annuo Polletensis monasterii redditu provisum est contributioni Lugdunensis Cartusiae, quae nunc bonis praefati cenobii gaudet, donec omnibus absoluta numeris Polletensi parthenio ~~reddebat~~ <sup>est</sup> vices, auxilia trices que porrigeno manus e ruinis in pristinum splendorem vindicat domum, ex cujus proventus incrementum non mediocre Cartusia libiorum percipere non diffidetur.

19- Circa illud fere tempus civitatis plebecula cum Cartusiae S<sup>ti</sup> Spiritus aedificia parum ex<sup>te</sup>rescere cerneret, cum subiisset rumorem (siquis invidio multorum mentes nimium credulae etiam nunc implicatur) nempe quod retardationis causa et operis impedimentum ab urbis administratoribus interponeretur, qui jure merito veriti fuerant ne monasterii silvae dulcia incolarum otia posset aliquando perturbare (cum constructum penitus veluti ars civitatem superemineret.) Verum inanis haec fama periret, praeter eum quam quod (sicut superius praebavimus) Dominus de Mandelot urbis et totius provinciae princeps, ipse hunc locum Cartusiae construendae aptiorem elegerat, illustris et marchio de St. Chaumont ejusdem Lugdunensis tractus gubernator una cum mercatorum urbisque praepositis hunc locum lectissimat, qui omnes uno colubo antecessorum suorum consilio suffragantes hujusce Domus aedificationi assensum praebuerunt. Quod quidem patet duobus publicis instrumentis haec de re confectis, quorum unum ann. 1590 conscriptum est, Alterum ann. 1601.

20- Si autem nodum hujusce negotii explicare et veritatem exprimeret cogimur, verum istius dilationis fundamentum nequaquam ex minus in patres nostros civitatis primatum voluntate propensa exortum est, sed ex tenaci nimium difficultate et perveracia qua Dominus Arthurus Henry Dominus de la Sale per annos aliquot usus est, reusans pretio dimittere portionem quamdam terrae, quae in majoris claustrii ambitu continebatur, quaeque a meridionali parte per medium illud dividebat. Demum eorum patientia qui operis curam gerebant, assiduaque quorundam Ordinis amicorum sollicitatione fatigatus, cum patribus de aequi sui venditione ann. 1610 convenit, eumque cum villula permutavit, quam Cartusiani ex serario quodam fabro nomine Joanne Moiron mille ducentis scutis consulto acquisierant. Adjecerunt etiam ditiores de Graugia de Moirony, quas Lugdunensi cenobio Polletensis Domus ex mandato M<sup>di</sup> P. D. Brunonis d'Affrignes ad negotium facilius perficiendum cesserat vili pretio. Hujus rei actio peracta est ann. 1610, 28 Augusti operata atque indyctia M<sup>ni</sup> Claudii de Hee M<sup>di</sup> Barriot successoris eorum magistro Roberti tabellario, His ita constitutis, muro undique majus peristylum circumvallatur. Cellulae quatuor aedificantur quarum prima Domus Parisiensis

sumptibus, altera Domini Mealo liberalitate, tertia Domini Joannis Vidault nativ  
majoris beneficentia, quarta denique Joannis de la praye elemosinis constructae fuerunt.

21- Annis autem sequentibus 1613 et 1614 Ecclesiae laquearia, chori sedes et Decem  
specularibus vitreis coelea obducta perfecta sunt, quae quidem omnia regia pietate  
et munificentia R<sup>di</sup> Lugdunensis Archiepiscopi, Domini d'Alincourt, Domini de St  
Chamouart, Domini de la Baume primorum que civitatis collata sunt. Eunc etiam  
uxor Domini de Villars Proximitis campensium bene in Cartusianos affecta dono dedit.

22- Porro cum tot beneficiis haec cretus adauxta fuisset et locupletata Patres  
Lugdunensis laurae primoresque viri Civitatis obnixae rogaverunt summum Cartu-  
sianae familiae praefectum, quatenus sufficientem monachorum numerum illuc  
dirigeret, qui diei nocteque Divinis vacarent laudibus. Verum necessariis rebus  
mundum ita convenienter dispositis ut quatuordecim monachorum victui subveniri  
posset, tali petitioni prudentissimus Cartusienus Ordinis moderator refragabatur.  
Interim Divina Providentia, quae hanc mentem propensionibus Cartusianis  
amicis suggererat, quaeque dum Decretorum suorum opus consummare atque  
perficere cupit, unat pariter modum, quo felicem exitum sortiantur, hunc  
pietatis affectum illustrissimo D. D. de Warquemont Galliarum Primate,  
Archiepiscopo que Galliae Lugdunensis inspiravit, quo meritissimus procul omnia  
charitatis et patrii amoris obsequia patribus nostris praestitit. Etenim quo-  
rundam de Ordine nostro benemeritorum munere et auxilio pollicitus est,  
(nihil enim in Cartusiae Lugdunensis eniguo reddito) se sumptibus satisfacti-  
rum pro sustentatione monachorum duodecim quatuor annos, quo proventus  
mediocres sine intermissione ad aedificii fundum inchoati complementum  
commodius impenderentur. Hoc salubre consilium primum presentis belle  
cessit. Cum enim proprio chyrographo per praefatos quatuor annos quadra-  
ginta septa pro duorum monachorum impensis persolvere sese artrinxisset  
haec promotus liberalitate praeses de Villars cum amicis suis summam eandem  
pro duobus monachis suppeditavit, Joannes Vitaut pro uno religioso ducenta  
septuaginta promissit; item etiam Joannes de la praye praebuit, quibus similiter sese  
participes tam insignis charitatis praebere D<sup>us</sup> Mealo et alii nonnulli, qui ad

Duorum ascetarum veteri quadraginta scuta obtulerunt. Nec defuit etiam qui aegrotis, (si tandem aliquando forent) tam monachis quam religiosis medicamentâ gratis praeberet, Joannes enim 15<sup>to</sup> Viand pharmacopola per annos hos quatuor et per reliquum vitae suae tempus huic cartusiae necessarias medicinas benevolè admodum animo subministravit.

23. ann. — Litteris publicis tam R. Archiepiscopi quam aliorum Chyrogapho munitis hoc de negotio certior factus Ordinis Cartusienis Primas ad comitia proxime futura sua deliberandi de mittendis ad novam hanc plantationem monachis distulit. Verum Archiepiscopi Lugdunensis, Provinciae gubernatoris, civitatis rectorum et clarissimi presidentis de Villae crebris epistolis sollicitatus R<sup>dm</sup> Pater, tam illustrium virorum votis annuere coactus fuit. Postquam autem illis ob exhibitam humanitatem et propensum in Cartusianos animum debitas rependisset gratias, profecti sunt ex Cartusia majori V. P. Antonius Des Marais hujus eremi vicarius et D. Alphonsus de Micheliè procurator ibidem (qui postea solitudine e ductus ad Aqueusensem primo deinde ad Lugdunensem Archiepiscopatum demum Cardinalitio... dignitatem sublimatus est) deputati commissarii ad rem cum supradictis benevolis fautoribus tractandam, qui etiam hujus Cartusiae statum explorarent, ut quid viderant postea accuratissime summo Cartusienis caetero praefecto renunciarent. Haec demandata sibi provincia peregre defuncti, tam honorificum de benevolentia simul et munificentia Primatum Lugdunensis Urbis testimonium R<sup>o</sup> Patri retulerunt ut R. P. D. Bruno d'Affrignes constitutum tempus praevinire desideratosque tandem patres illuc dirigere statuerit, (qui felici auspicio die S. Brunoni sacro solemniter divini officium inchoarent) ea certa devotionis impulsu spiritu, ut quemadmodum beatissimus ille Ordinis Cartusiani Patriarcha, matris Domus fundamenta protulit, ipse etiam hujus Cartusiae primordis patrocinaretur, quae inter Ordinis celeberrimas Domus aliquando annumeranda censelatur. Interim R. Antistes, cum ob negotia huciam evocaretur, singulari pietatis stimulo impulsus de Ecclesia prius dedicanda quam de itinere suo cogitavit, quod quidem 6 Junii an. 1616 celebri pompa peregit. Altera vero die Campaniam coemeteriumque benedixit quod in majoris claustris praeto dispositum erat sepulcrum, porro multo commodius in minoris peristylis aedâ Patres anno 1620

sepulturam facti sunt.

24- Qui destinati erant ad hanc eremum incolendam, hunc locum veluti terram  
promissionis triduo ante festum Sive Brunonis ingressi sunt. Quo etiam tempore  
confectis negotiis suis Dominus de Marquemont rediit in urbem suam, ingenti cum  
gaudio adstantium Patrum in hac festivitate primi noctis Carientis, a primis vespere-  
ris usque ad secundas divino interesse officio, Ducere quoque chorum sacra psallentium  
non recusavit.

25- Optimus hic praesul cum pridie solennitatis domum adventasset, recta  
ad antiquum et exiguum (ubi sacrificium christi corpus offerabatur) sacellum  
perrexit. Adsunt protinus monachi ceterumque gestantes procedente cruce Pontifi-  
cem supplicii ritu comitantur, Et Deum laudamus in laetitiae spiritualis argu-  
mentum intonant. Dum Archiepiscopus pontificis indutus vestimentis et veneran-  
dum Altaris sacramentum portans sub pensilio caelo Damasceno sericopea quatuor  
sacerdotibus suspensa ad sacram eadem, quam consecraverat, transiit, et super  
altare majus deposuit. Deinde prioris locum occupans in choro vesperas inchoa-  
vit secundum Ordinis ritum, ad magnificat inclusum adolevit, largitusque,  
completis horis adstanti turbae benedictionem manu tenens sacrosanctam hostiam,  
hanc collocavit in tabernaculo, pietatis eximiae, Devotionis et modestiae suae  
non vulgare relinquens argumentum. Post peractas tam solenni ritu S. Brunonis  
primas vesperas, monachi caelestis plane consolationis suavitate perfusi quietis  
captandae causa sese receperunt ut media nocte surgentes ad antelucanas preces  
persolvendas immolarent Altissimo laudis sacrificium; praeterea est ut cives  
sanctorum et Domestici Dei Angelorum instar laudatori Deo sua pene sine  
intermissione laudem proceant. Crastina die venerandus Antistes iuncta  
Cartusienso ceremonias et psallendi formam (quoad Confiteor et praefationem) sacra  
peragite, quibus completis refectorium una cum monachis ingressus est. Demum eo, quo  
supra, modo secundo inferuit vespere. Haec die tota fere civitas ad Cartusiam  
confluxit, ut illam quam de reditu Cartusianorum laetitiam conceperat, testifica-  
retur. Solae mulieres ab hoc communi gaudio exclusae sunt, quia licentiam in-  
trandi septa monasterii per biennium petitam impetrare nequaquam potuerant.

26- Syllabum atroximus monachorum qui a R. Patre Lugdunum missi sunt ad domum S<sup>ti</sup> Spiritus constituendam. V. P. D. Petrus Servat. Prior — D. Mauricius Gabriel Cormier, vicarius — D. Polycarpus de la Rivière procurator — D. Claudius de Hée, Rector D<sup>ni</sup> Colletensis — D. Eusebius Claret, procurator Colletensis — D. Thomas de Camquebart — D. Petrus Le Sourd — D. Henricus Viart — D. Gabriel Brossé — D. Anthelmus Bachelier — D. Prosper Veillate — D. Philibertus Charton, hi omnes Cartusiae majoris alumni, — D. Ludovicus Claret professor Villanova — D. Bruno Le Pelletier, professor Coloniae — D. Antonius Coysseau professor et sacrista Sylvae benedictae, qui biduo post diem festum adventu — D. Innocentius de Bourgoigne professor Villanova — frater Franciscus Laurent professor Lugduni conventus — fr. Hippolytus conventus prof<sup>us</sup> Vallis S<sup>ti</sup> Petri — fr. Nicolaus Portier conventus professor Cartusiae.

27- Tanto interea divinae gloriae zelo, tantis amoris divini facibus patres incolae solitudinis istius aestuabant, ut nihil omnino de rebus terrenis solliciti suum in Domino cogitatum factarent, tantaque divinae charitatis splendore eorum mentes irradiabantur, ut obtenebrescente carnalis amoris lumine non sua sed quae Dei erant, intenderent saperentque omnes non secundum carnem sed secundum spiritum. Utensilia cellarum ob redditus tenuitatem minime subministrata fuerant, decrant omnia ad usum necessaria, unde contigit quo penuriae domus subveniret oeconomus, ut Cartusia Lugdunensis duobus sutorum millibus his in primordiis gravaretur; quibus ex proprio satisfacere cum non sufficeret, qui sese religiosis impensas suppeditare per quadriennium astrinxerant, quasque singulis annis solummodo exolvere debebant, eas representando numerare coacti sunt, qua liberalitate primis hinc sumptibus caute provisum est, divinaque bonitate humanae providentiae vires gemente, ita domus oeconomus omnem suam in Deum sollicitudinem proferunt, ut qui dat jumentis escam ipsorum, famulis suis necessaria quaeque suppeditaverit.

28- Sub finem anni 1666 janitoris habitaculi fundamenta posita fuere, ingens etiam murus (quo patet ad domum aditus) audiose operâ constructus est mediante octoginta sutorum summa. —

Hac etiam

29. Haec etiam tempestate V. P. D. Thomas Cocquebart aetate et infirmitate confectus ad curiam lectica vectus est; ibi etenim Cartusiae seniores morbo concepti subsidia recipiunt necessaria, quae minus commode sibi subministrarentur. Haec in eremo beatam animam efflavit Thomas noster anno 1617 die maii. Satis erat in loco quodam vicinial vulgo Scalenes, corporis praestantia spectabilis hanc longe praestantiori vitae sanctimoniam exornabat, praeiorum Aegypti Patrum vitam se exemplum exhibens. Cui morum gravitati mens bene composita, summaque probitas accedebant, quibus omnes in sui venerationem rapiebant simul et amorem. Sortitus animam bonam et mansuetudine praeditus erat, ut, dum in omnes facilis benignus que appareret, sibi soli durus, victus parcitate, sensuum mortificatione austeritate que castigaret corpus suum et redigeret in severitatem. Anno 1616 cum ageretur de restauratione Cartusiae Lugdunensis, huius monasterii canobiarum denominatus est ad instantiam civium, quibus Thomae virtus sanctitas que jamjam perspecta fuerat, cum olim ibidem Prioris munus peregrinie sustinuerat. Itaque mense Augusti mandatum habuit a R. Patre (dum vicariatum Eboacense domus exercebat) aditusque summum Ordinis praefectum, verum ob tremulam dexterarum manus agitationem, minus ad hanc dignitatem idoneus a R. Patre iudicatus Lugdunum venit, ut illam domum claustrum religionissimum incolam laudabili conversatione proeclarisque virtutum suarum exemplis illustraret. Mandatum hoc suscepit veluti suae <sup>humilitati</sup> ~~honestitati~~ gratissimum, gaudebat quippe molestum illud Prioris onus declinasse, ut non tam ad imperandum quam ad obediendum suo iudicio natus. Dominari minime ambiebat qui summopere in abscondito faciei Dei delitescere cupiebat, ipse soli adhaerere et oblitus quae retro sunt ad anteriora sese extendere. Nec mirum, apprimè siquidem institutus fuerat a R. Patre Hieronimo Marchand, qui Thomae discipulo suo pietatis et devotionis haec instillaverat, eosque sub tanto praeeptore Thomas fecerat progressus, ut perfecti omnibus que numeris absoluti Cartusiani simulachrum sese communis omnium calculo praebere, silentii solitudinisque custos egregius suspensam in Deum semper mentem gerebat, tantaque divinae praesentiae luce perfundebatur, ut in mysticam theologia versatissimus deputatus fuerit una cum venerando Patre Antonio De S. Paul ad examen exercitorum

exercitiorum R. P. Joannis Michel, quos prius Kantorum Patrum censuris castigata  
(modo in eis aliquid occurreret emendandum) approbataque lucem aspicere debebant.  
Haec obiter dicta sint in argumentum Ven. Patris Doctrinae, alia subiungam quibus  
elucet propensus in solitudinis suae cultum eius animus. Nec immerito saepe, ductus  
siquidem in interiora deserti, praestolabatur in silentio salutare Dei, rapissimeque  
gustans quam suavis est Dominus, audiebat quid in se loquebatur, torrens volupta-  
tis frequenter inebriatus. Certes religiosi referunt ita Thomam affectum fuisse in  
Christi passae memoriam ut pro doloris et compassionis sensu, audiens vel legendi  
conscripserat ab evangelista Salvatoris nostri tormentorum crucis, diuissimaeque  
mortis historiam nunquam a lacrimis temperaret, ideoque ne dolorem suum gemitus-  
que suos propalaret, die Dominica Palmarum, feriis tertia et quarta subsequentibus  
et die parasceves, dum recitabatur a diacono evangelium, egrediebatur fores, quo  
liberius erumpere lacrymae, laxantque fletibus habenas in angulo domus suae  
consideret humilitati, quae tantae devotionis gratiam verberatur periclitari, si  
forte manifestaretur, pavent si quidem bonae mentis ad humanam auram,  
soli que Deo placere gestiunt. Proterea ex assidua illa jugique rerum caelestium  
contemplatione venerabilis Thomas praesentem ita ubique Deum cernebat, ut  
absque intermissione colloquia cum dilectissimo haberet, perpetuam circum-  
ferret solitudinem in qua totus cum sponsa sua conclusus erat. Alter huiusce  
saeculi Martinus jure merito suspex caeli denominari poterat; oculos namque  
saepissime illic dirigebat, ubi habitabat animus, sicque ab usu sensuum abstractus,  
ut ita dicam, sine sensu nonnunquam (dum ad Cartusiam pergebat) rivulos calca-  
tus pertransiit. R. P. Leo Bizier mirifice extulit beati viri mortificationem, ita  
enim huic virtuti deditus fuit, ut vergente licet aetate vicario Cartusiae, qui ex  
omino probabat venerandum patrem, veluti omnium peripsema obtemporaret,  
personatamque eius devotam summo cum animi gaudio voluptateque susti-  
neret honoris potius quam humilitationis impatiens. (Voir d'autres détails à la page 1-)

30-

ANNO 1618 Hieronimus de Villars Viennensis Antistes ad majoris  
Claustri introitum Prioris cellam construere apud se statuit, cujus rei gratia,  
trecentorum sutorum summam largitus est, quae vis ad erectionem cellulae

minorum sufficere potuerunt.

31- ANNO 1619 V.V. P.P. Prior Sylvae benedictae (Nicolas Molin) et D. De Hee, procurator Cartusiae, Lugdunum venerunt Cartusiam visitaturi exploraturi que rei domesticae statum, qui is per id temporis erat, ut, cum redditus exigui vix abominosam religionis praebereut, minime proventus Cartusiae sufficerent ad aedificiorum constructionem, quae ob regularitatis observantiam desiderabantur, quod cum observassent et comprobassent commissarii, statuerunt ut domus Polletensis opem et auxilium ferret Cartusiae Lugdunensi; illudque quod ad conventus sustentationem necessarium erat accommodaret, cartusienis coetus charitate eo modo externi ejusdem fundatoris vices agenti Patres semetipsos propagantes in Lugdunensium civium cordibus amorem Christi solitudinisque cultum insererent ac stabilirent.

32- Interim Visitatores dum omnia perustrarent, Ven. P.P. Serval hujus eremi moderatorem ita praesens debilem et attritum; adeoque muneri imperem (quo tanta cum laude hactenus profectus fuerat) aversa adverterunt, ut ad illius instantiam re ad R. Patrem per commissarios delata, R. Pater D. Leo Vixier ei suffectus fuerit. Id aeque praeractum est ~~et~~, propensi quidam supra modum in ven. hunc Patrem Cartusiani Divisionenses veluti tanto pastore moleste ferebant. Ad regimen hujusce monasterii translatus ibidem ea vigilantia prudentia quo praefuit, donec ad supremum Ordinis magistratum ob praecharas animi vires assumptus fuerit. Cujus quidem suo loco elogium attinemus

33- Collocumantibus charissimis Cartusiae Divisionensis alumnis anno 1619 2 Julii Lugdunum pervenit, subsequenti die novi muneris iuxta Ordinis formam possessionem inicit, ut autem perspiceret spirituales hujusce laurae statum non diu laboravit; Monachi siquidem admissim statuta observabant, candor ubique eminebat, redolebat, spargebatur, non illic spirabat ventus turbinis, sed affirabat spiritus aura tenuis, indeque habitans in cunctis abundantia pacis lenem sussurrum fovebat mentis, qui cum Deo est. Si quidem in loco hoc cum sapore gustabatur, quae intrinsicè laet, suavitas pietatis, Neomon et cetera religionis charismata probe aestimabantur et pie exercitabantur. His mirifice venerandus Pater Leo

Vixit exultans aequo animo hujus domus pauperiem ferebat, cujus incolae  
caelestibus donis locupletatos et Christi paupertate videbat ditissimos hanc paupertatem  
libens anteponebat Divionensis Cartusiae redditibus amplissimis.

34 - Dissimilis prorsus erat temporalis status. Pro annuis enim redditibus  
trecentis quinquaginta tantummodo libris suffulta erat, (census certe <sup>per exiguus?</sup> ad  
tantum astrarum numerum) aere interim alieno gravata gemit domus, quae in extre-  
ma necessitate duo librarum milleis mutuo acceperat. Pauperem quidem vitam mo-  
nachii gerebant, omnibus plene necessariis destituti, verum totos se Dei famulatu man-  
cipantes quasi omnibus abundare cuncta-que possidere videbantur. Quibus tamen  
ille ut pater familias bene providus opem ferre cupiens, non seculare fulcrum,  
non externa praesidia quaesivit, sed continuis suis orationibus et lacrimis calum-  
pulsans, divinae tandem pietatis thesauros aperuit, quibus domum suam, reso-  
cillavit et gregem sibi commissum pavit sufficienter.

35 - Paulo post tanti Patris adventum patuit ipsum a Divino numine  
ad tale munus obaundum praedestinatum fuisse, tanta enim sub ejus regimine  
cepit incrementa Lugdunensis solitudo, ut piissimus canonicus non solum  
fratrum morum necessitatibus subveniret, verum etiam intra annum fore  
debitis omnibus satisfecit. Tempus enim aderat, quo fiduciae saepe in Deo  
repositae mercedem acciperet, cum Divina benignitas, quae quereutes se non  
derelinquit, clientis sui votis spontaneo quorundam Ordinis amicorum munere  
favere studuit. Sic Ven. P. Leo noverat inter angustias in caelum vibrare  
preces suas, a quo sciebat omne bonum emanare, didicerat in rebus arduis  
puras ad Deum levare manus, quem cordium motorem et humanae voluntatis  
arbitrum et moderatorem frequenter expertus fuerat, quamobrem nullo alio  
invisi baculo, nullave alia ratione mederi voluit suorum indigentiae.

36 - Anno 1620. fausto omine vigilia Visitationis 5<sup>ta</sup> 16<sup>ta</sup> Deus  
Oph. max. in hanc eremum incolae induxit, quos ad ministerium suum ipse  
mel destinaverat. Horum coryphaeus fuit honestissimus vir Joannes Pietrequin  
in suprema aetate advocatus ex primoribus Calvinontis vulgo in <sup>1<sup>mo</sup> B<sup>o</sup></sup> Botigny  
natus, hic primus sacrum religionis habitum in Cartusia Lugdunensi suscepit

votaque professionis emisit sub finem anni. Huic in sacro proposito se alter co-  
mitem adjunxerat, qui in tyrociniis a primo fervore <sup>scens</sup> descensus respexit retro, et ad  
seculum reversus est. Quo etiam tempore frater Donatus receptus fuit ad Ordinem,  
qui optime conversatus multa Domui prestitit obsequia.

37. Circa finem anni ejusdem Cellulae Prioris summa manus imposita  
est Reverendissimi Viennensis Antistitis curā, qui paterni morum in hanc Castu-  
siam affectus haeret septingentorum tutorum summam eā de causa donaverat.

38. Accidit etiam per id temporis, ut Dominus de Marquemont primas  
Galliarum divinitus impulsus minori claustris, cujus pars maxima perficienda  
supererat, colophonem addere meditaretur proprio motu valde sollicitus tale  
propositum prestare. Justa etenim beneque ordinata rei domesticae oeconomia  
proventuumque efficiēbant, ut justa evangelicum dogma plus in caelis quam  
super terram thesaurizare desiderans, erogatis in pietatis usus facultatibus non  
haberet unde praemeditatum opus consummaret. Verum pietatis suae charitatis  
motibus perillustri Pontifex accensus de minori pristylis absolvendo cum  
Ven. P. D. Exier sine intermissione sermones miscbat, et eo usque benevolentiae  
illius iudicia devenere, ut praefatum Patrem pecuniam mutuo accipere sepe  
sepius sollicitaret, hujus rei gratia duo catina inaurata scalprataque mille  
aureorum pretii offerens pro majori summae cautione pignori collocanda  
dimittere voluit. Venerandus Cartusiae Lugdunensis Moderator, quo spiritu  
duceretur tunc Archiepiscopus statim appropiavit, et quomodo Christi charitas cum urge-  
ret, unde subidens admiransque presulis zelum amplissimas pro benevolentia  
illius in Cartusianos gratias reddidit, minimeque importunis quidem D. de Mar-  
quemont sed charitativis postulationibus acquievit. Rem alio tamen modo promo-  
vit. Nam proprio nomine pecuniam mutuatis operarios ad perficiendum claustrum  
conduxit, his de<sup>dm</sup> Antistes supra modum exhilaratus fuit statimque quinquenta  
scuta pro constructione dedit, et post sex menses eandem pecuniae summam adje-  
cit, quibus auxiliis manus extrema operi apposita fuit. Quod quidem nulli  
Ordinis edit tam in structural legibus quam in picturarum ornamentis.

39. Denique illustr<sup>issim</sup> Lugdunensis Archiepiscopus tanto charitatis affectu

ferabatur in Cartusiam ut ei pro firmitate rei temporalis fundamento ecclesiasticum beneficium conferre vehementer desideraret, modo jus nuncupationis in aliquod vacans habuisset, statuerat etiam, si forte in Gallia natae debitum persolveret, apud Cartusianos sepulturam eligere.

40. Eodem anno 1620, 14 augusti in Domo Polletensi spiritum Creatori suo reddidit V. P. O. Petrus Serval, majoris Cartusial profectus, alumnus Or<sup>di</sup>-P<sup>ri</sup> Hieronimi Marchand dum in saeculo vegeret, vir fuit magni nominis et Canonius Remensis Ecclesiae celeberrimus. Vix inter Cartusianos adscriptus ob rerum agendorum peritiam ad diversa Ordinis munia assumptus fuit. Multos pro religione nostra labores et longinquas peregrinationes in Italiam, Belgium et Bataviam usque subivit, hispaniae provinciae etiam lustrandi mandatum accepit, non sine magna laude. Hic siquidem tam honorifice a Rege catholico exceptus fuit, ut princeps illustrissimus venerandum senem nudato capite adstare coram se non pateretur. Scriba fuit Capituli Gen<sup>er</sup>. Deinde profectus Cartusiae Ingdunensi, postmodum institutus fuit Coenobiarcha Montis Dei et provinciae Picardiae visitator, demum revocatus fuit ad Domum Ingdunensium Prioratum. Post triennium propter aetatis jam protractae incommoda et attriti corporis continuas infirmitates, in quibus per ansum languidus jacuit, ad suam instantiam ab officii sarcina liberatus est. Labente mense julio tam mentis quam corporis impositus factus est, verumtamen minus urgente aegritudinis vi interdum resipiscens clarescente rationis lumine quidquid ab ultima peccatorum confessione generali commiserat summa cordis contritione per exanilegem expiavit. Incredibili etiam humilitatis et devotionis affectu sacro Eucharistiae epulo confortatus est, et quamvis in extremis positus esset, lecto tamen extraneo se vestibuloque indui curavit, quo majori reverentia venientem ad se Salvatorem nostrum susciperet. Ubi proesto fuit sacratissimum Christi corpus, duorum religiosorum manibus in genua senile corpusculum aequitudine confectum erexit, ac tanti meminis majestatem veneratus in haec pauca verba prorupit alloquens Judicem suum: Tu vere es X<sup>tu</sup>s Filius Dei vivi, qui factus Patri obediens pro hominum salute

quorum ego miserimus et peccator maximus, turpissimam in Cruce mortem sustinisti. Verum in teâ plane confido misericordiâ, Deus clementissime et Pater misericordiarum. Ignosce, queso, Da precor veniam eorum quos me reum constituant, et non intres in iudicium cum seruo qui toties sine christianus, sive monachus in caelum peccavit. Ne, bone Deus, poenam a me delictis debitam expectas. Si calamitosae vitae spatia protrahere vis, ex animo certe, tu sis inspector cordium, promitto conversionem; etenim mei valde premitet, si minus, quidquid de me fieri statuisti tuæ parere voluntati haud imparatum peccis offero, libensque adsum quo me vocas. Passionis tuæ meritis fretus mortem excipio veluti vitae melioris initium. Tu vere es mortalium cibus, quem qui manducat vivet in æternum, Tu hinc abeuntibus prebes viaticum saluberrimum. De colo, te veneror, te adoro, te Deum esse confiteor. Non eram dignus ut intra meos lares venires, qui me vel uno tantum verbo servare potuisses. His dictis, summa pietate et reverentiâ hausto illo divino nectare sebo viribus corporis deficientibus in lecto composuit. Die Dominica sacra extremo unctionis perceptione orationibusque ferventissimis ad supremam illum diem ac Domini adventum totis viribus animam parat, strenuè ac fidelis operarii instar, quo se ad huius huius occasum celerius ferri conspicit, eo magis animam virtutibus ac perfecta in Deum charitate excolendam curat, ut perfectum opus Domino remuneratori exhibeat, quod tandem æternâ coronâ dignum existimet. Scipittine superiori suo dicebat: Jam ad patriam vocamus, in Domum Domini ibimus. Per totam hebdomadam rebus celestibus inhaerens identidem hos psalmi verticulos submurmurabat: Domine non secundum peccata quæ fecimus nos etc. . . . Domine ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum . . . Adjiva nos Deus salutaris noster etc. . . . Appropinquante autem Dei Genitricis Assumptionis solemnitate, cum de hoc festo præmanitus fuisset, instareque horam quâ forte pretiosam, in conspectu Domini Beatissimæ Virginis <sup>M<sup>æ</sup></sup> mortem obitu suo honestaret, faustoque omninè Deiparam caelos cum triumpho penetrantem comitaretur, his verbis niniſice exhilaratus est quasi prociens quod prope diem ad sedem suam anima remearet. Hoc

interim verba frequenter repetebat: 'Maria Mater gratiae' etc - - - Maria mater Domini etc - - - Per hunc Virgo Felium. Haec revera orationulas magno cum pietatis sensu in ore versabat, donec biduo antequam animam exhalaret, gravi somno depressus est. Quo rationis usu privatus illas proferre desit, hoc in sopore remansit usque ad vigiliam Assumptionis, tandemque in extrema salutis linea constitutus dum animam ageret accurrunt monachi ad sonitum campance, qui cum debita agonizantibus suffragia persolverent, ad pulsum completorii venerandus Pater expiravit. Cujus cadaver e Cartusia Polletensi Lugdunensium translatum in novo minoris claustrii cimiterio juxta portam chori conversorum primum depositum fuit.

41- Sub idem tempus vitreis claustris sacrarium obducitur, gypso limbo dealbatur bullisatusque leucosphæo. Interim etiam scannorum et refectoriorum lignei Laurentii opus perficiebatur, armariaque ornamentorum Ecclesiae ann. 1621 peracta fuerunt.

42- Ex orientis ejusdem anni felicibus auspiciis tres novitii habitum religionis susceperunt quorum duo 25 maii altero vero 5 maii 1622 monasticam vitam solemniter professi sunt.

43- Quo etiam anno Capituli Gen. Ordinatione Cartusiae Polletensis administratio ob supra memoratas rationes Domus Lugdunensis Canobiarum demandata fuit, et in locum Pectoris qui a duobus annis huic monasterio Polletensi praepositus fuerat, procurator successit, qui cum fratribus laicis ibidem demorantibus Priori Lugdunensi subjaceret. Quo modo Polletensis Domus strictius cum solitudine S. Spiritus conjuncta, neque per se jam subsistens uti crevis privata, sed uti gloriosum Lugdunensis lauce augmentum uberius in eam profuit, suppeditatque census locupletiores quibus monachi in duplum multiplicati sustentantur. Ista porro durante unione omnibus ecclesiasticis oneribus et pensis, quibus illa astringebatur jure modo tenetur Cartusia Liliorum, officiaque fundatorum Polletensis canobii benefactorum - que persolvere debet.

44- Circa anni exitum inter venerabiles Canonicos S<sup>ti</sup> Nicetii, de fundorum emptione

emptions; qui in Cartuina Lugdunensis ambitu continebantur et in quos jus antiquum habebant, actum est pacifice. Duo librorum nullia in sortem precipuam, centum vero librae pro summa ejusdem annua pensione oblatae sunt, quae tamen non nisi post annum elapsum a pensionis obliuione connumeratae sunt. Quae de re instructus R. Pater misit nuncium qui et conceptam de negotio licentiam indicaret, et ut nihil eorum praetermitteretur, quae ad rem penitus conficiendam necessaria erant, nomine ipsius preciperet, quapropter etiam voluit defectu pecuniae praesentis commodatam assumi, ut nullo deinceps negotium obstaculo foret impeditum. Verum ab aliis pecuniam mendicare non opus fuit. Divinum enim superabundaverat auxilium in iis quibus praedictis tractatoribus satisfaceret, posuitque divina Providentia in fratrum cordibus, cum ceteris qui jure clientelari in reliquum domus circuitum habebant dominium idem tractare, dummodo aequae ac collegii hujus sodales, faciles invenirentur: qui quidem canonici non solum cum Cartuina de rebus temporalibus transigisse, verum etiam societatem spiritualem contraxisse gavisii sunt, Patres siquidem nostri pro singulis congregationis hujus Ecclesasticae viris, vita discedentibus (modo dies obitus eorum annuntietur) Divinum nomen exorant, cui pariter charitati vicis rependunt Canonici —.

45— Per praefatos tres annos tum Ecclesia, tum etiam minus claustrum multifarie leviterque tamen et potius ornamenti, quam de defectus alicujus causa recognita fuere.

46— Crescebat paulatim terrena caelestium hominum habitatio, quique ejus ab inamabilis tutissimum praesidium fuerat, opportunum incolis ejusdem sese non minus praebuit in auxilium. Accidit namque, ut dum murus parvi praestylis altius erigeretur, conversus in eo laborans quindecim aut viginti pedum altitudine prope capite super praevinentium lapsu gravissimo cecidit, sed pro miraculum! illaesus omnino surrexit. Dominus etenim erigens elisos manuum suam susprolebat. Porro casus hic contigit in vigilia Sanctorum omnium hora circiter ante meridiem decima, nec fortuito sane, sed divina ita disponente sapientia, ut in fratris hujus evidenti mortis periculo domum istam sub caelestium tutela et patrocinio posse manifestaret, cum imminente eorum festo famulum

summ

sum inter vitæ discrimen servasset incolumem.

47. Sed quæ de Divinâ bonitate prælibavimus satis subsequentium rerum colu-  
-tu mirabili elevescent, nam quo magis hujus solitudinis vicolarum augebatur  
numerus, eo etiam uberius benignitatis Dei cumulabatur benedictionibus. Nec  
enim supernæ bonitatis proprium est, ut dum ei pinguiora laudum holocausta  
immolantur, manum contrahat quæ in retribuendo extendit largiorem. Unde  
nec mirum si toti beneficiis Lugdunensem Cartusiam adaukerit, quæ modo recen-  
-sebinus in istius chronici serie.

48. Dominus Cavillat Domini Cardon<sup>on</sup> natu minoris bibliopoleæ Lugduni  
fœderatus in majori claustrò cellam construxit, cujus rei exequenda gratiâ  
quingentos iteratâ vice aureos dedit, ea ut quæ signatur littera D, cujus-  
-que speculania vitrea benefactoris sui insignibus etiamnum decorantur.  
Honorabilis civis ille non mediocri erga Cartusianum Ordinem præsertim  
in Lugdunense cenobium afficiebatur studio; quo impulsus cum uxoris suæ  
consensu primæ venditionis librorum futuræ pretium Cartusiensibus erogare  
se voto solenni astrinxit, pro cujus promissionis effectu die quadam ad ven-  
-hujus domus Priorem quinquaginta scuta detulit dixitque Domini Cardon  
natu majoris exemplo, qui negotiationis suæ fundem in eorum gratiam  
remiserat, cum fœderato suo convenisse, ut toto societatis hæc durante  
tempore, omnium librorum quos simul excuderent, uno Lugdunensem Cartu-  
-siam completerent.

Anno 1623 novitiis post expletum tyrocinii tempus ad professionis  
vota receptus est.

49. Sub idem tempus fr. Guillelmus Boutenort vix annuum post emissâ  
vota transegerat cum perceptis ritæ Ecclesiæ sacramentis ad meliorem vitam  
migravit disentericæ morbo correptus.

50. Hunc subsequutus est fr. Marinus Donatus prope Polletensem Cartusi-  
-am oriundus; viria pietate excelluit. Primo stipendiatus coquinæ ministerio  
vacabat, verum post annos aliquot divino spiritu afflatus quod hæcenus  
pro modicâ et temporali mercede præstiterat imposteriorum pro Dei amore  
prostitit

sponte sua reddere cogitavit. Unde inter Donatos adscribi postulans incunte mense julio an. 1620 religionis vestem induit an. 1621 solemniter Donatione sese totum Ordini mancipavit. Tanto cum fessore officium suum adimplebat ut ipse solus duorum vel trium hominum laborem quotidie adaequaret cum tanta mentis tranquillitate, modestia, humilitate et obedientia ut religiosos omnes in sui admirationem raperet. Cuncta monasterii vitualia, vitaeque necessaria sollemnissime super humeros suos imposita per urbem ad domum deferbat, monachorum insuper vertes abluabat, cumque Patres ei gratias perhumaniter rependerent, sese precibus ejus obnixae commendantes, ille statim in terram devolutus sese tali affectu plane indignum praedicabat. Ille etiam quamvis indefesse laboraret, ubi tamen potius quam paritissimus erat, et licet totus in opere versaretur, nihil tamen de consuetae pietatis exercitio remittebat. Mane singulis diebus sacellum primas ingrediebatur, a quo ultimus vespere recedebat. Quadam die nimio plus calens sero rediit ab urbe, post cenam festinanter sumptam sese de more in Ecclesiam recepit, ubi ob diurnum laborem somno correptus . . . . vehementi febris tremore exurgiscitur, reptat sese ad cubiculum, mane medicus accessit, at ingravescente morbo, superior illum admonuit ut serio de sacramentorum perceptione cogitaret. Ad haec jam dudum paratus Marinus nosse totus erat in contemplatione Jesu X<sup>ti</sup> pro nostra omnium salute crucifixi, tantaque patientia exultavit ut vitam perfecti religiosi simulachrum sese omnibus exhiberet. Porro per octo tantum dies cogitavit, post quos in extremis positus omnium corporis sensuum expertus fuit, loquela solius usus habens. Angelicam interim alta voce salutationem sine intermissione repetebat cum incredibili mentis ardore, quamvis autem ei propinquaret modicum quid ad febris lenimentum, in oratione tamen indefessus perseverabat. Ab hora quinta mortuaria usque ad octavam in hoc statu permansit, cui alternatim monachi, domesticique domus debitae charitatis officia praestiterunt non sine tanta devotionis admiratione. Quo tempore, voce faucibus ejus haerente ad ultimum usque spiritum eo quo poterat modo pergebat in precum submissa recitatione, donec a custodia terrenis hujus corporis eductus ad beatam, ut praedest videtur,

immortalitatem evolavit, relicta religiosae conversationis fragrantia.

51-

DUM autem Lugdunense comitum duos reges Christianissimos habere, fundatorem gloriabatur, minime tamen regio gaudebat censu; nullumque hactenus ex regia magnificentia beneficium haec domus consecuta fuerat. Strenuus hujusce eremi vigilantissimusque moderator D. Barriot nulli peperit operae omnemque movit lapidam, dum in vivis erat, ut redditibus regis Domini adangeret, cujus amatus sat illi feliciter cesserunt, cum a rege obtinuit domum proventus de Isles et Toleros Lugdunensis, secusiani, belliforensis tractuum, censusque praediorum usque ad decem mille scutorum summam, quam Principes isti spondereant. Cujus quidem muneris solutio difficilis admodum videbatur: verumtamen ut modis omnibus rem aggredierentur nihilque praetermitterent, judicialiter actum est negotium, Unde Dominus Baro de Montibould ad duo aureorum millia numeranda in Gratianopolitano senatu damnatus fuit, a quo tunc selusianum solum dependebat. At Baro ille facta clientelaris officii apud Regem professione cum sententiam hanc evasisset et elusisset, ulterius progredi haud certe convenire judicatum est. Eoque eventu tam adverso spes omnis cecidit ab eis qui hujusce domus praecerant regimini, taliaque nunquam impofterum suscipere negotia deliberarunt.

52-

Sed dum haec tam infasto foris aguntur assine, Anno 1623 vir quidam in rebus <sup>non</sup> imperitus sane Dominus Chevallier primariae Cartusiae professor in regiam aulam propter summi ponderis negotia delegatus a Patribus Lugdunensis eremi sollicitatur, ut instaret apud Regem, pro donatione decem mille aureorum, quos Christianissimi principis antecessores promiserant. Litteras domus consignatas auctoritatesque eam de causa secum detulit, cumque illam rem serio trutinasset huic confidenciam totus insudavit, tanquam feliciter eam aggressus est, ut supplicii libello per manus fratris sui in curia Parisiensi subsidiorum protopraesidis oblato, hujusmodi confirmationem obtineret, quod quidem colligendum erat ex aliqua fructuum adventitiorum parte, quae non pertineret Regis aulario. Postea vero hanc plenae summam altera supplicatione a consilio Regis exoptulaverunt ex fortissimis compendiis

compendiis percipiendam, quae ad duodecim annorum tempus concessa, res Domesticas Cartusiae mirifice promovit. Hoc haecenus privilegio gaudet Lugdunense Monasterium cui pro summe illius solutione assis e solis medio supererogationis et in augmenta pensionum corona franciae secretariorum deputatus, assignatus est.

53- Eodem tempore constituitur cubiculum quod super aditum antiqui sacelli conspicitur antea latumari pluvialibus undis putrido contextum.

54- Sub hac etiam temperate cum regia aula ob Principis Galliarum iter in Italiam Lugduni verberetur, Regina Ludovici XIII mater ejusque sponsa Cartusiam alternatim inviscunt, Monachi, ut Reginarum devotioni facerent satis vespere de Beata decantant<sup>unt</sup>, commestationemque, prout sinebat domus tenuitas, in portum cellae superioris paraverunt, his exceptae debitis officiis reginae plurima egredientes, singularis benevolentiae et amoris retribuerunt Cartusianis iudicia. Rediens in domum Reginarum matrem vicecomes de Sardigny monuit Cartusiae Ecclesiam inter caetera haecenus tabernaculo indignisse, quo audito piissima princeps fuit protinus decemta scuta numerari, quod mandatum suscipiens post tempus aliquot Dominus Brouillier jussionem episcopi libello, ipsemet summam ad domni Alphonsi de Richelieu postulationem distribuit. Ad Rothomagenses Cartusianos statim scriptum est ut opus illud per manus peritissimi ejusdem statuarii in ~~ea~~ civitate tunc manentis effici curarent.

55- Eunc etiam lucophais et picturis minoris claustris majorisque altaris rapho manum apponere coeperunt duo pictores usque ad an. 1626.

56- Eodem quoque anno Dominus L. Anglorum Donbarum in parlamento consiliarius et senatorum in foro Decanus singularis Ordinis amicus, et Cartusiae Lugdunensis benefactor, duo millia librarum pro cellula construenda in majore claustris et pro constituenda ad illius incolae sustentationem annua centum librarum pensione Cartusianis contulit, quae tamen pecunia non ad donantis voluntatem sed pro graugiae de Puidiget in subdiano tractu ditioris de Montribland emptione fuit impensa. Quamvis autem clarissimi hujus vini liberalitas ad haec minime sufficeret, Dr. P. D. Bruno d'Affringues ea Patres nostros contentos esse voluit, habitaque aliorum D. Langlois beneficiorum ratione cellam signatam

signatam T., ut piae fundatoris intentioni facerent satis destinavit. Decessit ille anno . . . sepultus in Ecclesia minorum, ubi uxor ejus deponita fuerat, cor vero illius ad Cartusiam allatum iuxta chori fores subter crucifixum reconditum fuit.

57. Anno exeunte 1623 transactum est de exemptione omnium in monasterio junium quae s<sup>th</sup> Romani pastoris redditum spectabat <sup>and</sup> sub auctoritate De Gilbert lugdunensis Ecclesiae archidiaconi patroni et primarii curionis dicti s<sup>th</sup> Romani, cujus rei gratia absolvendae ad beneficii curialis utilitatem annua septuaginta quinque librarum pensio procreata est, quam videlicet post annum proco quingentorum scutorum redemerunt Cartusiani, quae ad dicti parochialis beneficii profectum impensa sunt.

58. Anno 1624 ad professionem duo religiosi cum fratre converso admissi sunt. Per id temporis coadjutoris officium exercebat D. Joannes Guillelmus d' Orlembourg clarissima stirpe progenitus, Cartusiaeque matris alumnus qui in Germaniam iter facere ob familiae suae negotia (summo Ordinis praefecto sic ordinante) compulsus fuit, cujus soror perillustri Comitissa De Zolers argentum solum inauratum, quo sanctissimum Altaris Pignus inclusum, exponretur, affabre factum, et pro prioris bacello Casulam holobericam, eademque ex materia paramentum dono dedit. Comes vir ejus adjecit etiam 800 libras pro cellae fundatione quae extat in majori claustris ante refectorium.

Eunc etiam vitreis specularibus minoris peristylis, et porticulae quae iuxta cellam Caenobiarchoe apparet, manus extrema imposita fuit.

59. Plenaria peccatorum remissio ab Urbano VIII summo Pontifice conceditur iis omnibus qui in die sacro Pentecostes lugdunensis Cartusiae templum visitarent, pro hoc indulgentia decemalis erat, unde cum decennium illud obiisset, hoc spirituale beneficium renovare monachi curaverunt.

60. Anno 1625 novitius inter religiosos annumeratus cujus pater ad aedificationem cellae littera X praenotatae quinquaginta scuta eragavit. Hujus insignia etiam nunc super dicti habitaculi fumarium depicta sunt. Langitus est insuper quinquaginta libras et quid amplius pensionaliter solvendas, dedit praeterea praedium quod prope Polleteusem domum in pago Des Escherolles possidebat

possidebat trecentorum circiter aureorum valoris. Nunc autem est ager ille in Domi-  
nio fundorum Domini Bolletensi subiacentium incorporatus.

61. Anno eodem Vesontionis naturae solvit tributum Dominus Joannes De la  
Praye lugdunensis mercator et Cartusiae litorum magnus factor. Devotionis  
ergo ad sacrum Christi sudarium invitandum Vesontionem petierat, curaveratque  
dum in vivis esset, cellam litterae C notatam aedificari, cujus etiam claustra  
vitrea gentilitatis factis exornantur. Testamento suo mille libras Cartusiae legavit  
quae protinus a fratre ejus et haerede computatae fuerunt, multis certe hanc  
eremum bonis aliis locupletasset, ni mors immatura tam singularem amicum  
praeripisset.

62. Fatalis etiam concepit Joannes Vidand, cujus affectus in Cartusianos  
satis innotescit cellae litterae B signatae aedificatio, elemosinisque quibus lug-  
dunensem domum levellam adhuc et vagientem in cinis fovit et adauxit,  
moriens ducenta sicuti testamento suo reliquit. Fatalis quidem et funestus fuit  
hic annus lugdunensi Cartusiae, quae benefactoribus suis orbata fuit, et ad  
tristitiae cumulum amisit Dominum Du Sozay in parlamento Rombarum  
senatorem lugdunii in praesidiali consilio vicis <sup>prae</sup>secundariae <sup>prae</sup>torum multum  
que in Cartusianos propensum. Poie ad Cartusiae incrementum multa con-  
ferre cogitabat, si Patri superstes fuisset, a quo multas opes sperabat, verum  
superveniente morte nullum pene fructum, magnum vero sui desiderium  
reliquit, legata tantummodo quadraginta librarum annua pensione. Hujus  
corpus tumulatum fuit apud Cartusianos in Domini Austrain socii sui sepul-  
chro, cujus etiam pater filii sui pietatis non immemor post aliquot annos  
vita functus centum libras dono dedit Cartusiae lugdunensi, Patresque nostros  
pro sexcentis aliis substituit haeredes, si filii sui absque liberis morituri essent.

63. Anno 1626 duo novitii et unus conversus institutum Cartusense professi sunt,  
quorum alter 400<sup>fr</sup> dedit, eodem tempore cellae Vauvino constructa est Domini  
Yon singularis domus benefactoris liberalitate, qui multa alia huic Domini largitus  
est. Jacet in tumulo quem pro se suisque erigi curaverat ante S. Joannis altare in  
loco qui nunc Conversorum chorus est. Tabellam quoque hujus sacelli speculari  
vitrea

que vitrea, que stans Capitulum et refectorium sunt, apposuit.

64. Eodem anno collocatum fuit torama lignarium quod eminet super illud, a quo monachorum et Conventuum chorus separatur, quodque amborum altarium ad laevam dexteramque crectorum inseruit ornamento, quorum alterum S<sup>to</sup> Joseph, alterum vero S<sup>to</sup> Joanni B<sup>te</sup> Dedicatur. In quibus etiam tabulationes et ovalia quatuor Cartusianorum figuris decorata, effigiesque D. Brunonis parulis nostri nati in excessum mentis exprimentur.

65. Circa illud fere tempus, peragratis Italiae partibus, rediens in Galliam, Cartusiam Lugdunensem invisit peritissimus quidam statuarius nomine Saxayin qui nomen suum ibidem celebrare voluit. Aliquanto igitur tempore in illo cenobio demoratus, crucifixi simulachrum, quod in edita chori conspicitur, duasque alias S. Joannis B<sup>te</sup> et Divi Brunonis statuas perelegantes, quae ad latera majoris arcae super sacrae et ecclesiae portas eminent, affabre elaboravit. Pono qui rem statuariae artem perfecte norunt, in his duabus figuris habent unde et curiositati simul et admirationi faciant satis, nec inanis certe fuit opificis labor et expectatio vana, haec enim statuae ita famam sibi propalarunt ut ad superbiora hujusce regni opera requisitus etiam in domus regiae artificum numerum relatus fuerit. Obiit Lutetiae Parisiorum ann. 1662 post edita industriae suae insignia monumenta.

66. Eo anno decessit juvenis quidam Normannus professione chirurgus, nomine Gooffray, qui Ordinis stipendiatus aliquando, sumptibus nostris huic arti studuerat. Verbo conceptus D. Priorem rogavit ut converso cui voluit erat eum visitandi licentiam daret, et cum sibi venia liceret tibi, si satis fungeretur, sepulturam in coemeterio eligere, Cujus cum votis Cenobiarcho annuisset, chirurgicalem thesam converso moriens Domini vero quinquaginta scuta reliquit.

67. Post Decem annos quam S. Trinitatis titulus vacaverat, eminentissimus et R. D. Dionysius Simon de Harquemont Lugdunensis Archiepiscopus a die Januarii 19 in sacrum purpuratorum Patrum sessatum allectus, eum sibi optavit et post aliquot menses suo funere consecravit. Ad 16 scilicet septembris vir innocencia vitae, doctrinae  
et eruditione

Et rerum usum spectatus naturae concessit et in caede Minorum Praeae tumulatus est,  
in navi ad extantem columnam loco eminente ac conspicuo ejus effigies collocata cum  
hoc epitaphio.

D. O. M.

Et

Immortali memoriae Dionysii Simonis S. R. C. tit. hujus Ecclesiae Cardinalis de  
Marquemont, quem Roma Judicem Praeae integerrimum Lugdunum Pastorem incom-  
parabilem Rex Xp̄mus virum in arduis vertissimum Gallia pietatis exemplar  
eximium, Ecclesiae Deus et ornamentum, Boni omnes tutelare praesidium sibi totique  
mundo creptum lugent. Sugeas et tu qui legis et tantum virum imitare si valeas,  
si nequeas admirare. Vixit an. 73 mens. XI Di. XVI, obiit XVI Kal. Oct. ann. MDCXXVI.

Heredes fratres amantiss. posuere.

68. Per id temporis vehementi grandine, quae die S. Dominici incepit,  
confracta sunt partes unius claustrii minoris vitrea specularia, quae dum post  
dies aliquot restaurarentur sicut praefati Cardinalis exornata sunt.

69. Anno 1627 novitius vota professionis emisit, secuti etiam frater donatus  
publico se mancipavit ordini instrumento, cujus conversatio fuit admodum  
religiosa ut patebit inferius.

70. Anno eodem ingentis hujus et amplissimae aedis fundamenta posita sunt,  
quae cryptas vinarias, refectorium, Capitulum, Coquinae, Conversorum dormito-  
rium, conclave officialiumque cameras continet. Porro hoc aedificium non nisi  
decennio post an. videlicet 1637 absolutum est.

Verum dum grandis haec aedium moles assurgebat, aliquid accidit  
in quo elucet usque Providentiae Dei argumentum, Ex mandato Sr. Patris et  
Majoris Cartusiae liberali charitate de hac omni trabali fabrica ad hanc  
constructionem requisita in hujusce dictae domus silvis provisum fuerat,  
curaverunt operum magistri haec ligna ibidem caedi et edolari, postea vero  
navigio deduci mille septingentis libris videnti in mencedem enumeratis. Brauae-  
tae haec Lugdunum materiae lignorum accidit ut ligna quaedam occurrerent  
minus apta ob corruptionem, trabs a pariete ad parietem pertinens, ab artificibus  
mactentibus, nihil de ejus putredine observantibus, apposita est; verum sagax

admodum

admodum et bene providus Superior mane quodam post conventualem missam pergit ad operarios, cumque fortuito lignum illud, quod medium est, quod fratrum conclave dormitorium fulcire et sustinere debebat, insperatè disiectus ac veluti alicujus grandis ruinae praesagus, hoc in extrema parte corruptum recognovit, quod admirans valde postquam experimento rem comprobasset, et ad trium pedum profunditatem putrefactum lignum animadvertisset, illud statim auferri et alterum reponi prudentissime mandavit. In rebus enim quotidianis magna parvis metuenda sunt, nam si id incaute prosecuti fuissent opifices nihil minus quam vitae discrimen aliquando labescens habitatoribus nimitabatur.

Est alterum casum precedenti non dissimilem quo magis divinae bonitatis sollicitudo de Cartusianis innotescit. Cum a parte Capituli hoc edificium tegeretur, artifex quidam stans in pinnaculo proceps ruit in terram, ad tam certum mortis periculum adstantes advolant, hominem super stratum collocant, a chirurgo detrahitur sanguis, facta-que peccatorum exomologesi, mirum dicti, post dies duos ad opus suum sanus redit et incolumis.

71- Hujus anni cursum claudemus longo infelicioxi exitu. Juvenis quidam Sebastianus Gantois nomine, lotharingus et ad Ordinem aspirans homicida ferro una sanctissimi Christi corporis octavarum nocte crudeliter transverberatus est; quo vulnere post quinque dies occubuit. De quo miserando casu Superior Cartusiae monitus statim sanctium convenit, omnia-que charitatis officia perhumaniter obtulit. Adolescens se in extrema salutis linea constitutum persentiens, tabellionem auersit, disponit domus suae testamentoque suo sepulturam eligit apud Cartusianos, quibus mille ducentas libras legavit. Cujus germanus testamenti curator piissimae extremaeque satisfecit voluntati.

Anno 1628 duo novitii cum converso inter professos votis solemniter nunciatis annumerati sunt.

72- His calamitosis temporibus pestis horribunda tantam agro lugdunensi civitati praesentem cladem intulit ut pallida mortis imago ubique circumspiceretur. Peruenit gladius usque ad animam. Haec enim cuncta plebs caelestis irae mucrone percutitur, et repentina singuli coede vastantur. Nec languor mortem praeverit

sed languoris moras mors praecurrit. Percussus quisque ante rapitur quam ad lamenta  
penitentiae convertatur. Habitatores quippe non ex parte subtrahuntur, sed pariter  
corruunt. Domus vacuae relinquuntur, filiorum funera parentes aspiciunt et sui eos  
ad interitum heredes procedunt. Haec verba D. Gregorii licet usurpare ad exprimen-  
dam Civitatis Lugdunensis statum plane miserandum. Num igitur urbs populosi-  
ssima densatis funeribus exhauriretur gravi huc ubique grassante Deus Opt. Max.  
soli Cartusiae Lugdunensi peperit, illamque in hac publica strage illisam  
conservavit. Haec inter crudelis pestilentiae voracioris flammam venerandus quidam  
ecclesiasticus Dominus le Roux, 3<sup>te</sup> Niceti stipendiatus publici vulneris ictu perire  
timens, de quo modo quo illum declinaret, cogitans D. Priorem rogavit ut ma-  
omnia ad Cartusiam transportare permitteret. Is vero propensus erat admodum  
in Ordinem, quem certe professus fuisset, ut tam piuum propositum justa de causa  
fuisset praepeditus exequi. De possessionibus suis in Cartusianorum gratiam dis-  
ponere cogitanti faciliter acquievit Canobiancha, unde quadam die pretiosiora  
quoque in Cartusiam transferri curavit paulo post ipse in hanc Domum sese  
recepturus. Igitur in monasterium veniens, omnium quae in Cartusiam detulerat,  
syllabum descripsit, indicavitque agendi modum, quem observavit, qui ceris  
contracti debitam illi summam in judicio prosequeretur, signavitque pignora in  
qua pecuniam nonnullam mutuo collocaverat. His ita dispositis in Domum  
suam revertitur, post dies octo rursus redit ut inter Cartusianos reliquum vitae  
tempus suae transigeret, ubi dum vesperis interesset peste correptus sese in  
Domum suam recepit, ubi paulo post scripto prius in Cartusiae gratiam testa-  
mento decessit.

73- ANNO eodem labente pestifero quoque morbo vitam finivit Dominus  
Menard 3<sup>te</sup> Niceti sacrista et hujusce collegii primarius vir certe virtutum insigni-  
bus locuples, et pastoralis sollicitudine gregis sibi commissi perillustis, qui ad  
instar Jesu X<sup>ti</sup> Salvatoris nostri animam suam pro ovibus suis, morte  
per flagrantissimam charitatem Lugduni in peste contactorum auxilio et in  
incipiendis epidemia laborantium confessionibus obitae religiosam admodum vitam  
cumulavit. Moriens Cartusianis in amoris sui pignus centum scuta et casulam.

caeruleam arte altalicia contextam reliquit.

74. Actum est per id temporis de omnibus censibus solaris que vectigalibus debitis lugdunensi divi Petri Parthenis, annua scilicet viginti quinque librarum interveniente pensione et duorum cum dimidio tritici modiorum, unius assis vicenariis, et viginti octo sabaudensium cessione, duorumque assium singulis beneficii curialis in parocchia de Moironay permutationibus solvendorum tributo, verum anno 1632 quadringentis libris in sorte primaria exemptum est presum illud annuale omniaque vectigalia et jura mancipalia Polletensi Cartusiae reddenda, monialibus iisdem dimissa sunt in perpetuum.

75. Anno eodem de censibus libris octoginta quotannis numerandis cum Priora S<sup>ti</sup> Irenaei deparati sunt Cartusiani lugdunenses, quae pensio extincta est anno 1630 mediantie mille sexcentarum librarum summa.

76. Sub eâ tempestate Dominus Marcus Antonius Gueshier monasterii d'Étray religiosus et Prior de Moberis in Segusiano agro (païs de forests met. or. en note.) summi Ordinis beneficium adnectere apud se statuit. Cui enim propter cenobii praefati redditus remissionem Cartusiam, uti desiderabat, ibidem constanere requireret, illud domii librorum adjunxit, quo promoveret inceptum opus, pro modulo suo Cartusiam locupletaret, adangeretque parvam solitariorum familiam, solum interim <sup>beneficii</sup> fructum per vital sua spatium retinens. Cum bona summi Pontificis veram Cartusiani lugdunenses factionem cum dolore benevole fecerunt, eique annuam pensionem, juxta monasterii vectigalis fructum polliciti sunt, quam tempestate exsolventes ex tunc beneficii proventus collegerunt religiosi. Hoc ita constitutis, rem statim suam strenue aggressi sunt, dederuntque operam ut Chiniacensis abbas, cui supramemoratus subiacebat prioratus, summi pro beneficii incorporatione praerberet assensum. Amisit Patrum votis ea tamen lege ut benedictissimus Cardinalis de Richelieu successor jam abbacie designatus, qui de ea causa jus in cenobium habebat, rem confirmaret et approbaret. Hoc non mediocrem huic negotio moram intulere, quod apud curiam pontificiam sollicitate tunc temporis minime Patres potuerunt eo quod Cardinali de Richelieu dispellae perduellis oblatione praepedito postulationibus suis obstrepere non audent. Verum

non apud

Dum apud Cardinalem aditus intercluditur, fausta venerunt ex Urbe nuntia, summum scilicet Antistitem huic favere velle unioni certiores facti sunt Cartusiani, qui a Sede Apostolica bullam hac de re paulo post obtinentes, apud senatum supremum prosequuti sunt pontificii Diplomatis approbationem. Non parum instantiae Cartusienis iudices resistenter propter initum a paucis diebus unanimi concilio, quo religiose vetitum erat ne beneficia ab uno ordine in alterum detorquerentur et a legitimorum possessorum manibus extraherentur, ut alteri incorporarentur Instituto. Verumtamen patrocinante Domino Labrie, senatores rem ratam habuerunt, modo assensum Cardinalis Richelieu Patres obtinerent. Per id temporis Lugduni cum regia aula versabatur Ortheleus qui discessurus ex Civitate ad instantiam Domini Moulot Jus suum cessit Cartusianis, quo obtento rem ad supremum consilium detulit Dominus Le Comeliet quae tandem non sine magno labore, multisque impetibus desideratum sortita est exitum. Porro illud negotium anno 1628 inceptum usque ad an. 1630 protraham est. Eodem tempore Donati Duo post tirocinii annuam exercitacionem ad Ordinem admissi sunt.

77

Vertente anno Dominus Monci podagra laborans, cui soli grassante peste Cartusiae patebat aditus, cum filium suum natu majorem epidemia correptum fuisse cognovisset, ut anteret mortis periculum et contagioni obisteret hac in angustia ad Deum vitae neisque arbitrium confugit eaque de causa hanc expectato filii sui interitu extremae ipsius voluntati facere satis voluit. Unde Domino Picquet genero suo mandavit ut illius testamentum inqueretur, ejus quidem participes facti Cartusienes quingentis aureis ditati fuerunt. Ille vita functus cuidam Domestico sibi familiari apparuit injunctaque ut exoptularet benedictionem a fratre suo, a quo, dum epidemia correptus fuerat, timentis ne id morbi ipsi impresso Venia sua accidisset, irascentis animi motu fuerat maledictus; addidit insuper ut lapides aliquot quidem modici valoris Cartusianis reddi curaret, quibus patris sui vindictam circumvallaret.

78-

Eunc etiam juvenis quidam in majori Cartusia olim educatus cum de pestiferorum obsequio manipasset, hoc morbo contactus decessit legati Lugdunensi Cartusiae quinquaginta scatis.

Dominus Pillschott

79- Dominus Bellebette singularis Cartusianorum amicus indigne amoris sui nomi-<sup>(huc)</sup> mentum dedit. Ille etenim aliquando pro quinquaginta scutis missalia Cartusiae largitus fuerat, praeter alia quingenta quae eisdem patribus erogaverat. Verum beneficiorum suorum paucissimus estimator in urgente necessitate eis iterum non mediocrem pecuniae summam nullo fructu, praeter eum quem e caelo collecturus erat, repetito commodavit.

80- ANNO 1630 duo noviti in verba jurarunt Antistitis, quorum alter Domini Menard avunculi sui haeres utensilium, ut omnibus domum exornare solent, inter quae cum multis rebus aliis, calix argenteus, holosericeae et ex omnibus quibus utitur Ecclesia colorum varietatibus casulae, diversa opere plumario vela, interelae sacerdotales lineae et peritissimorum artificum plurima tabellarum multitudo inventa fuerunt.

81- Eo ipso anno Dominus Mallo vir supremum in Ordinem propensus ejus studium non parum nascenti Cartusiae Lugdunensi profuit, ad vitam meliorem migravit. Is per 40 annos in hac urbe Cartusiensis civitati res non inglorius gesserat, tamque strictae charitatis ardore negotiis nostris operam dabat, ut suarum rerum curam deesset alii committeret quo nostris totus vacaret. R. P. Hieronimus Marchand benevoli ipsius in nos animi non immemor Ordinis participationem pro tot praestitis obsequiis rependerat. Nulla Cartusienso familiae exhibuit beneficentiae specimen, quae nos latet; extant tamen nonnulla in amoris ipsius erga nos argumentum. Primam majorem claustrum cellulam A construxit, quam quidem in honorem S. Antonii patroni sui dedicavit. Praeterea Rothomagensis Cartusiae sumptibus cella S. a sacrista modo habitata edificari procuravit (le 27 dec. 1633) mens D. Guillaume Mallo rothomagus Prieur de Roien si il etait depuis Boan, probablement parent de ce M. de Lyon, ce qui pourrait expliquer la phrase précédente.) Infra S. Brunonis octavas naturae debitum persolvit, postquam per quinque menses diuturno morbo patientia ipsius a Deo probata fuisset, aliquanto tempore gutturali coarctatione laboravit, ejus acrimonia ejus fauces ita tumefactae sunt, ut vix respirare aut cibum potumque recipere potest. Oriduo autem illius obitum D. Leo Vixier cum invisit, a quo et peccatorum suorum absolutionem et concessas in extrema hora cartusianis indulgentias signis eius postularit, quae de causa peccatorum

peccatorum in Carta notatorum cronologica facta cum magno cordis dolore a prefato V. Patre generalem absolutionem recepit. Centum aureis testamento Cartusiae legatis in ea sepeliri voluit cum habitu conversi pro quo novam monachi vestem refudit. Quamvis autem in crypta S. Antonii sacelli sepulturam elegisset, maluit tamen moriens in communem Patrum cimiterio tumulari, quo ipsorum meritis fretus appareret ante supremi iudicis tribunal. Gaude faciebat V. P. Priorum utroque Cartusienso Ordini admodum utilem, ut anno 1620, quo prefatus pater venerandus in morbum gravem incidit, prohus ille vir votum Deo et Deiparae Virgini dictae de insula solemniter rovenit, ut supernae pietati, virgines intereuntes peccata, hunc perisignem cenobiarum salvum et incolumem servare et pristinae cum sanitati reddere placeret. Exaudita fuit illius oratio, venerabilisque Pater de infirmitate convalescens ad summam totius Ordinis praefecturam a Divino munere reservatus est.

82. Contigit eodem anno, ut D. Antonius Cayron, hospes in domo Catini, alias (in domo Vallis Clarae, S. Crucis et Colosae) majoris Cartusiae profectus propectae jam aetatis, vir non minus generis splendore quam divitiis clarus ad vitam meliorem migrans anno 1623, multa legaverit Cartusiae Ruthemburgi, Catincenti, Villae francae Colosae et Lugdunensi, monialibusque Ruthemae dictis B<sup>ae</sup> Mariae Annuntiationis. Librorum domus quinque librarum millia tam pro parte sua quam pro caeteris Cartusis (cum quibus de singularum mensuris trecentis libris, mediantibus convenerat) reliquit, ut autem a testantis heredibus summa extolleretur, longo litis tramite uti necesse fuit. Obtencto tandem in Lugdunensi monasterio gratiam a suprema curia delecto<sup>erato</sup> rem in iudicio Cartusiae S. Spiritus tam suo quam aliarum nomine prosequeretur. Ut supremum illud curiae consultum vim haberet dumque effectum sortiretur, viginti librarum millia a Domina de la Borde, Domino praesidi Cayron testatoris nostri germano delicta obsequata fuere, quae quidem obsequatio litis alterius novam subministravit materiam, quae protinus tamen duobus interfectis aureorum millibus, dirempta est, quibus prefata Domina de la Borde oblata proorsu quieverit, seque Cartusiae Lugdunensi solemniter astrinxit, et in ejusdem commodum annuam quadringuitarum librarum pensionem Colosanis solvendam quotannis procreavit. Caterum Patribus Colosae hujus parti solutionis recipiendae potestas

tradita est, summam etiam exolvendam facultas data est, quas Lugdunensis Domus illis debebat, a quibus sortem emerat, insuper licitum fuit Colosanis Cartusianis fructus eorum percipere, quae in hujus negotii prosecutione impleta fuerant. Quo pacto post annos aliquot, et ea praecipua parte sex mille librarum ex integro exempta et numerata Lugdunensi Cartusiae, cernentibus illis, qui hujus negotii residuum curabant, quod ut memoratae pensionis quadringentarum nempe librarum, debitum exigeretur, lites quotannis moveendae, sumptus non leves et obsequatio facienda essent, quae tertiam ad minimum ejus partem sorbebant, et cum viris primariae in senatu auctoritatis videlicet cum generis domine de la Borde et franciae questoribus esset contendendum, cum illis amice de pacti sunt, intervenientibusque Colosanis Cartusianis de primaria illa sorte sex librarum millium, et ex eis quinque librarum millia cum annuis fructibus percipere, contenti fuisse monachi, quae nimirum summa fundum constituit, qui Lugdunensi domui redditus sat commodos et opportunos suppeditat. Hoc porro negotium non nisi tricenno confectum est, feliciusque quam credi possat cessit Patribus.

83. Eodem temporis intervallo diem supremum obiit fr. Petrus Guillelmus Donatus, Sabaudia oriundus. Hic ante ingressum in Ordinem multis annis in domo Polletensi servierat. Anno 1622, 8 nov. habitum religionis suscepit. Ubi inter ceteras virtutes singulari devotione in B. Virginem, cujus parvum officium singulis diebus recitabat, excelluit. A carnibus semper abstinuit, quod quidem penitentiae genus in coquinario et uborum dissipatore ut difficilius est, sic magis meritorium. In labore semper indefessus quid. quid ex annuae mercedis oeconomia comparaverat, id se s. Ordini addicens benevolens animo dedit Ecclesiae parochiali de Moironay, ea lege tamen ut coram altaris sacramento lampas ardens semper conservaretur. Post expletos in vita monastica annos continua febre correptus occubuit. 29 Octobris, qua durante, hac gratia a Deo dignatus est, ut rite sacramentis perceptis ad beatam, ut par est credere, immortalem evolare, sacro siquidem pabulo confortatus, statim in delirium labitur, quo multum ob feridam corporis constitutionem et aetatis juvenilis vehementiam divexatus est subsequenti nocte tandem expiravit.

84. Anno labente appositum est majoris altaris tabernaculum. Subsequente vero, Dom. Marus Antonius monachus d' Esnay decessit in Prioratu de Proiers, quem ordini

Ordini incorporaverat. Hinc praefectus fuerat ut censuales codicis innovationem reiteraret, sicut per trimestris spatium, quo ibidem demoratus est, effecit. Is anno 1629 aegrotans periculosissime municipalis sibi coenobiarumque vestigalibus fructibusque debitis Cartusiam hugdunensem (inter vivos ut aiunt) et insinuata donatione locupletavit, sed pristinae relictus valetudini suo munere fructus est optima ven. Prioris fide, qua victus et allicitus donatoris animus beneficii sui terminos augere et auctos lueri non parum studebat. Porro cum de reditu in civitatem cogitaret morbi violentia interceptus proae senilis aetatis debilitate occubuit. Paulo ante obitum non immemor eximiae Cartusianorum erga se infirmum charitatis reddituum iam concessorum donationem demum confirmavit, erogatis in pauperes elemosinis depositus est autem primariam aram Ecclesiae prioratus.

85- Ex tunc hugdunensis domus beneficii res rosibus emolumenta percipit, easque quas fecerat impensas, ut sibi prioratum hunc adnecteret, traditis a supramemorato religioso fructibus annuariis, recuperavit, et opportuna falce quam tunc misit in segetes, vigente supra modum tritici caritate, quidquid impendebat, recompensavit.

86- Die natalis Domini in novo refectorio monachi primo mensis positus conderunt non sine magno totius conventus commodo. Anno 1632 novitius claustralis et donatus sese solemnibus votis Ordini adixerunt, alter per professionem, alter per iudicium in Capitulo sui Donationem.

87- Circa illud tempus cum venerabilibus Canonicis S<sup>i</sup>. Pauli de Decimarum et domini exemptione, quod in monasterii vineas habebant, et de fundorum quorundam infra septa monasterii contentorum transactione deque viginti pensione clientelari actum est. Ante annos aliquot huiusmodi conventio iam iniu ceperat, jamque trecentis libris interjectis finita prorsus fuisset, verum hac denegata pecuniae summa res infecta relinquitur. Horum amictis adversantibus sola Cardinalis hugdunensis auctoritate interposita rem tentant Cartusiani patres, quorum ven. Causobiarum praefectus Antistes Ordinis professus in familiari colloquio objurgavit quod tanti ponderis negotium tam levi de causa rupisset, seque mediatorem obtulit, quod libenter iuxta promissionem executus est, adeo ut post datam a Canonicis Cardinali fidem dissentientibus licet nonnullis hujus ecclesiastici coetus primariis deputati sunt monachi numerata trium mille librarum summa, qua dictae pensioni annuae una cum

Decimis exemptae remanserunt. Et haec est ultima omniumque majoris momenti facta  
nostrorum obliteratio.

88. Ea tempestate V. P. D. Jacobus de la Rivière ad celestem patriam perrexit.  
Hic religiosissimus pater an. 1587 pridie idus Januarii in loco quodam vocato Ghuyberti  
ab urbe Rothomagensi quatuor aut quinque miliaribus distante a parentibus tum  
generis splendore, tum virtutis probitatisque famam conspicuis progenitus est. Is ad  
nonum aut decimum usque aetatis annum sub patrio lae instructus ubi et Christianae  
sapientiae primordiis, timore videlicet Domini initiatus est. Inter ea religionis exercitia,  
in quibus infans adhuc educabatur, huic uni potissimum studebat, saero nimirum  
singulis diebus interesse, et ministrare sacerdoti, quam contractam ab infantia  
consuetudinem semper retinuit. Contra commune puerorum nobilium morem,  
cibis indolis, quosque tenera plerumque fastidit cetas emulsiabatur, quae vitae  
norma praecelatos in eo religiosae frugalitatis efformavit habitus, quibus postea ad  
coercendos appetitus inordinatos, et ad moderandos petulantis aetatis excessus non  
parum obfirmabatur. Is porro mos laudabilis erat Jacobi parentibus pueros suos  
primo mane binos ad Virginis Mariae recitandas horas assuefacere, explicare  
peccati deformitatem, instillare pietatem in Deum et in parentes, Dei timorem  
inculcare imprudensque juramenta, mendacium, turpiloquia atque ejusmodi  
districte prohibere, si que aliquando reciderent nihil impune ferentes a recto virtutis  
tramite deflectere liberos suos minime patiebantur. —

Haec igitur honesta efformatus disciplina Jacobus noster summae sibi vertisse  
utilitati frequenter confessus est, pia quippe parentum <sup>suorum</sup> industria factum est  
ut semper perditorum hominum familiaritatem peniculosissimam declinaverit.  
Jam annum septimum circiter aut octavum attigerat, forte ludens et parvulus,  
cum gelatam lacunam transgredere, accidit ut rupta glacie icana lacu descendere,  
jamque de vita aquis altis demersi actum erat, ni opportunis superveniente auxilio,  
extractus ad auras protinus fuisset, hunc sepe carum utpote mirabilem enarrabat,  
nec sane tanti inmemor beneficii, ei cujus potentia et pietate de aquis multis  
creptus fuerat, grates refundere jucundabatur. Eodem tempore a parentibus suis  
materterae virtutis eximiae mulieri in Christiana pietate emulsiendus traditur,  
Quomodo

quem illa tanta cum sollicitudine suscepit, ut pedagogis quamvis non egeret, ipsa tamen  
puerum primis litterarum elementis imbuere studuerit, sed eâ animi mansuetudine ut  
quae solent scholasticis fastidio esse atque formidini, docentis industria mitescerent. Verum  
postquam apud eam per triennium commoratus est, non longe a paterna domo venerabili  
cuidam parochus non illiterato sane nec virtutis experti committitur, cujus ille <sup>non</sup> incautam  
curam generis discipulum suum timorem Dei pariter et amorem docebat, ab eo namque  
sacerdos prima latinitatis rudimenta hausit hic adolescent in quibus haec temporis  
ratione cum multum profecisset, post quadriennium apud grammatices professorem di-  
vertit. Hic vero magister peritissimus viginti aut triginta adolescentes plerumque  
conducebat, sub cujus disciplina coetaneos suos longè transcendens Jacobus non  
modica ingenii sui edidit specimina, eumque praecipue singulari pro ceteris amore  
propter optimam eius indolem prosequabatur. Post tempus aliquot a parentibus  
suis revocatus, insigni familiarum suam gaudio affectus ob eos quos in litterarum  
studiis progressus fecerat. Verum ut magis ac magis proficeret venit ad Viro-  
dunenses Patrum societatis Jesu a Francia eliminatorum scholas ut stiperatus  
qui nobilem docebant adolescentem. A praefatis patribus ad tertiam classem des-  
tinatus post sex menses ad secundam ascendit. Porro ut doctrinam cum devotione  
conjungeret, sodalitati nomen dedit, ut sese pro modulo discipulae famulatus  
maniparet, cui semper a teneris annis addictissimus fuerat, et in cujus sinum  
maternum dum difficile quid occurreret, confugiebat, cernens igitur quod per  
patrescentem orationis numeratae planitiam novissimi claudus admodum et reptilis  
incederet, sicque suo scholastici officio vim potest satisfacere, Patronae suae opem  
implorat. Illa clientis sui votis amercens, tanta celeritate praeparis vectus equo  
prudentia gratia euenit, ut qui prius eam in hoc <sup>metrorum</sup> ~~metrorum~~ genere antebant,  
eosdem postea praecederet, adeo ut palestino properante decursu, cum de bravis scholas-  
tici contenderent, mirantibus valde tum magistis tum agonothetis primum strictae  
orationis procinium consequutus fuerit, ex quo inter parthenios sodales adscriptus est,  
se multos societatis Jesu institutum sectandi divinitus impulsus sensit, quam  
mentem sodalitati praeposito Patri confidenter aperuit, a quo multum laudatus,  
multa etiam ab eo, tum pietatis tum studiorum invitamenta percipit. Finis

autem litterarum ludis in Rhetoricam gradum fecit, in qua cum per octo aut novam  
menses arte bene dicendi bene etiam studisset, quamprimum messipontem petiturus  
ut Dialecticam ediceret et parentum mandato patriam reperit, ubi absolvit studi-  
orum cursum. Patre orbatus dum Lutetiae Parisiorum versaretur, juvenis nequam  
et perditissimus in vitam nobilis adolescentis, instigante diabolo, conspiravit, unde  
die quadam armis et equo luculentè instructus cum in agro obvium inveniret  
Jacobum habuisset, comitato cursu adolat, extendit manum jamjam adolescentem  
interfecturus nisi subito in alium a Deo mutatus fuisset, nam ex nefario homicida  
amicus Jacobi factus est ex illa hora. Entatus est etiam eum alia vice Dominus,  
ne oculorum altero orbaretur, pila namque percussus in speristerio prostratus ex-  
cessari debuerat. Iterum misit Deus angelum suum in Jacobi tectum ne  
ruentis cavalli pedis ictu crus ejus frangeretur. Eodem denique ac tantis ereptis  
Divina pietate periculis ad parentum et amicorum suorum instantiam cum  
honestissima Domiella quadam sese maritali compede defunxit, cujus quidem  
consortio lustris duobus usus est ea voluntatis unitate pacis vinculo et morum  
probitate quae vere Christianos et proclarae gentis homines Deo. Transactis  
autem annis octo simul nulla suscepta sobor, scientes praesertim conjugii  
sacramentum ab Ecclesia propter liberorum procreationem non vero propter libi-  
dinem institui, sese ad perfectiorem vitam a Divino numine praedictos credere,  
sique unanimi consensu spreto voluptatibus corporis coelibes in castitatis  
cultu vixerunt. Mutuo etiam pepigere, ut conjugalis amicitia soluta morte vinculis,  
qui alteri foret superstes, relictis saeculi rebus, monasticam vitam profiteretur.  
Placuit utrique tale promissum inire, quo rite firmiterque stabilito, factam est  
ut duobus annis ab illa spontione unum perhonestum extremum diem obiens conjugem  
suum voti rem reliquerit, qui perhonorifice mulieris jussa persolvens cum sui factus  
esset juris et libertatis arbiter, terrena fastidens ad aeterna vehementius anhelare  
cepit. Utque juratam spontae adhuc viventi fidem servaret, sibi soli in posterum  
vacare et prostrari in silentio et solitudine salutare Dei statuit. Hoc illi cogi-  
tanti Cartusiana professio venit in mentem, cujus odore et suavitate attractus nullum  
ambigendi locum de cognationis fuga amplius habuit, cumque in Cartusia Rothomagensi  
divina

Divina sic ordinante sapientia, nomen religioni minime dare potuisset, Christum presen-  
tem in liliis, Cartusiam Lugdunensem intelligo, mundum secutus Lugdunum venit; ubi ab  
asietis, praesertim a vene<sup>o</sup> cenobiarcho perhumaniter exceptus est. Vinctus ille primitus  
obvio insperatoque societatis hujus amore statimque morae impatienter feria sexta die  
consuetae abstinentiae consecrato in cellulam ingreditur; qui vera ministrantibus famulis  
numere cibos consueverat vix quidquam ea vice solus gustare potuit, verum pro<sup>mersis</sup> meris  
dum a superiore visitatus mirifice ven<sup>o</sup> Patris familiari colloquio confortatus est. Unde  
factum est ut sequenti die ea facilitate, ac si semper in monasterio degisset, commune  
austerrimumque vitae genus sectatus fuerit, reliquaque Cartusienis Instituti munia  
obierit. Inter caeteras virtutes singulari humilitate effulgebat, sub cuius specie mali-  
gnus hostis Dolos rectare, et ab arrepto proposito deterere contendit; quamobrem ei  
suggessit, ut monachorum habitu plane indignum sese conversorum numero mani-  
parat. Cumque hoc humile consilium cum sensu non elato maxime concordaret,  
hoc unum sibi concedi exire postulavit, sese tamen superioris arbitrio subiciens,  
ut res aut ejus staret iudicio aut caderet. Biduo post, die Dominica facta superiori  
peccatorum exomolegi, sacroque pabulo refectus ad dilectissimi Salvatoris presen-  
tiam tanta mentis tranquillitate potitus est, ut deposita anxii animi sollicitudine,  
eam in posterum pacem retinere, ut per reliquum vitae tempus in domo luthæa  
imperturbatus semper et ad istar coelitem paratus quietusque semper appa-  
ret. Indutus ergo religionis loriceam et sanctae exercitationis tempore revoluta, prima  
Quadragesimae anni 1627 dominica vota professionis emisit, sed ea devotione, et  
spiritus fervore eaque Divinae largitatis munere gratitudine, ut eorum memoriam  
ab ejus animo nulla unquam oblivione deleri potest protestaretur. Hujus rei  
monumentum authentico signavit scripto, quod in honoratis precibus semper secum  
deferrebat in hunc modum: « Nunc tibi o Domine mi Deus, grates libentissime rependo  
pro hac tam singulari pietate qua me inutilem famulum tuum providere dignatus  
es, ut a mendana conversatione extrahere me non solum, sed etiam inter tam  
sanctos homines hujus sacrae religionis annumerare volueris. Nunc vero o Domine  
mi Deus nunc si mundum tuae addictus essem majestatis obsequio, quod semel profectus  
non, id jam prompto libenti-que exsequer animo, quapropter ex toto precandiorum  
meorum

meorum affectu, in tuae majestatis venerandae conspectu, coram sacratissima Virgine  
S. Joan. Baptistae, S. Brunone, patronis meis, totaque caelesti curia, jurata solemniter  
vota interpolo, renovo, iterumque nuncupo, rursus fervorem meum, stabilitatem, obedi-  
entiam et morum meorum conversionem spondeo et de juro, singularem tam diurni quam  
nocturni officii sollicitudinem, assiduum orationis studium, infractam jejunii, solitudi-  
nis, silentii et aliorum ordinum observantiam, servum mortificationem,  
vitae austeritatem, mentis insuper et corporis, quantum in me erit, puritatem, ferven-  
tiamque Dei et proximi charitatem polliceor. Verum quia haec promissiones longe  
vires meas transgredi et superare videntur, per te metipsum, o dulcissime mi salvator  
et amantissime Jesu, per te metipsum, inquam, deprecor et adjuro ut mihi manum  
porrigere et auxilium prestare non recuses, ne forte aliquando confundar ab expec-  
tatione mea, et a votorum meorum spe decidam miserabiliter, quando quidem sine  
te nihil sum, tua destitutus gratia nihil possum et absque te plane deficio. »

Quum his amoris divini facibus aestuaret, Christo crucifixo configi pro charitatis  
vehementia desiderans superiori suo saepissime conquerebatur de minima Dei benigni-  
tate, qui se paupertatis penitentiaeque sectatorem tot rebus necessariis in eo  
et superfluis locupletaret, tantaque mentis suavitate simul et quiete dignaretur.  
Quod vero ad mentis ejus statum pertinet, tantum ex saeculi fuga evolvimentum  
percepisse confitebatur, ut merito supremi Judicis diem formidare, eumque non nisi  
contremiscens expectare deberet, ne forte erga divinae lenitatis munificentiam ingra-  
tus staret ante tribunal. Omni praeterea virtute destitutum ex innata humilitate,  
nihilque boni possidere ingenua dicebat, praeter bonam voluntatem, quae inie-  
tum ab oratione nunquam relaxabat animum. Nihil jucundius, nihil suavius,  
nihil ipsi amabilius erat, quam divinis interesse laudibus, unde longe aberat ut  
diurno nocturnoque gravaretur officio, cum nihil durius, nihil molestius quam  
horarum finem pateretur. Ex qua cultus divini propensione perpetuus quidam  
spontanea devotionis amor emanabat, nam praeter debitum deipsum officii  
pensum, obligabat <sup>averat?</sup> sese ad horas S. Joseph et S. Mariae Magdalenae, aliasque singu-  
lis diebus preces recitandas. Illas autem ea reverentia mentisque attentione persol-  
vebat, ut ne animum quidem alio ferri aut extravagari experiretur. Et haec  
facilitate

facilitate nullum ei humilitas ipsius quasi non decertanti et nullo modo laboranti meri-  
tum parturire suadebat, eo quod volitantibus passim cogitationum turbis, quibus plerumque  
supplicium animi esurguntur, ipse minime affligeretur. Vix ad sacros Ordines suscipiendos  
compelli potuit, hacque sola vice visus est laeguari, non quod proclatorum mandatis  
obtemperare reluctaretur, sed quia se tali processu honore indignum proclamabat, nunquam  
sane suo iudicio tanta sublimandus dignitate, nisi Superioris, cuius potestati sese subjec-  
erat, interesset et auctoritas venientem verborum vi demulcisset et in se fictitiam  
Jacobi nostri imperitiam transmisisset.

Quis enarrare dicendo valeat quanta devotione erga immaculatam Deiparæ con-  
ceptione entuerit, cuius fuit tam accuratus propugnator, ut eam ab omni originalis  
peccati labe expertem predicaret, hanc veritatem effusione sui sanguinis obsignaturus.  
Ejus incontaminatae conceptionis officium una cum rosario devotissime recitabat, unde  
paucis ante obitum suum se summo resolutionis suae desiderio affici Coenobitarchas tes-  
tificabatur ut, inquit, e custodia corporis e ductis externa palatia conscendam, non  
quod paten mi propter scelera mea beatorum consortio me proorsus indignum non iudican,  
verum quia hae in re multum subsidii ex B. Virginis Mariae patrocinio spero. Libens ad  
vilioia quaeque et abjectiora, uti Ecclesiam mundare, minus peristaphium verrere et  
alia huiusmodi sese demittebat, singulari dextertate, quamvis debilem admodum  
oculorum aciem haberet, sicut ligna rindebat, aiebatque mira simplicitate, quod  
Deus manuum ejus et ictum sua providentia dirigebat, alioquin non sine sui latione  
huic exercitio vacare potuisset, qui quoties stipitem fenebat, toties aspiciendo gloria  
Patris proferebat. Penitentiae valde addictus erat praesentim autem paupertati, unde  
toto ferre hiemis tempore discalceatus incedebat, solo ex exercitatiois corporis calore  
contracto contentus; ut autem lignorum que singulis pro necessitate distribuuntur,  
paritatem aliqua rationali causa protereret, dicebat religionis bona nos incassum  
aut minus utiliter impendenda, sed potius in infirmorum usum conferenda esse con-  
tendebat. Quapropter biennii aut triennii semper portione abundabat, qua quidem  
aegrotos confratres suos summa cum charitate vitabat. Primes ad Euleciam festinabat,  
omnesque nulla habita personarum acceptione nudato prius capite salutabat, ita ut  
mediastinos honori haberet et pretio, valde delectabatur minoribus chori officiis.

In cella omnibus rite ordinatis religiosa mundities cretebat, in qua si quis Jacobum adiret, nullos nisi de rebus divinis vir sanctus miscebat sermones. Porro si adversa valetudine interdum afficeretur, aut molestum quid corpori ejus accideret, haec lotus sustinebat, memor semper salvatoris nostri passionis. Sentiebat etiam cum antiquis Aegypti solitariis mendicantem in cibis non esse querendam. Saepe ipsius severus iudex suis tantummodo defectibus attendebat, minime de aliis sollicitus, silentii fuit observantissimus, austeras vitae in solitudine sectator, paupertatis cultor egregius, qua attritis vultibus letens utebatur. Benignus in omnes et affabilis veluti allen Antonius hilari semper serenoque vultu vivebat. Cuncta morum suavitate praeditus erat, ut cunctis gratis nemini molestus appareret et quam lepida admodum esset illius conversatio, nimica tamen et surculia verba profere nunquam auditus est. Inter infirmitates quibus laborabat, nunquam solvi voluit a communibus legibus, et licet acutissima dolorum vi stimularetur nihilominus tamen aequam rebus <sup>in</sup> audis servabat mentem, eandemque in vultu retinebat tranquillitatem. Dominicae passionis et mortis memoriam singulari devotione recolere, quarum una-queque vicissim amplissimam ei meditationum materiam suppeditabat. Cui minimum exercitio fere semper deditis plerumque lacrymas internas ipsius suavitatis indices fuerat. Ex assidua genuflexione panum in genibus contraxit ejus incommodum tandem dissimulavit, donec ingravescentem morbum manifestare conscientiae suae stimulo coactus fuerit. Rem igitur quasi per focum superiori aperuit, et ex tali humore nihil incommodi perferri, quin imo sibi preces fundenti geminum a natura pulvillum fuisse subministratum asserens. Porro cum huic morbo medelam adhibere ob ipsius vetustatem perdifficile esset, ad peritissimum Burgundiae comitatus chirurgum Jacobus deducitur, qui nihil ab eo remedii percepit ob incisionis periculum. Rediens ergo intactus a medico, a recta via, nullo advertente deflexit, ejus quidem digressus causa fuit tum corporis languor, tum suspensa mens quam in Deum gerere solitus erat. Post reditum post aliquot dies, nullo modo de <sup>panis</sup> panis suis sollicitus fuit, at intumescantibus semper et sinistro genu nigrescente, et velut mortuo, jure merito timebant medici ne gangraena superveniret, quapropter post multa sed incassum adhibita medicamenta, tandem panis

panes amputare; ne malum latius serperet, decreverunt. Haec autem abscissio facta  
est sabbaeo infra Octavas Paschae an. 1632. Saero se hac die prius altaris corroboravit  
pabulo, et animam suam ita in manibus suis protulit, ac si eam jamjam Creatori  
suo redditurus fuisset. Haec autem incisura semihora spatio duravit, quam  
sustinuit tanta mentis fortitudine et patientia, ut nullum toto hoc temporis inter-  
vallo verbum aut querimoniam emisit, chirurgum tantummodo interdum allo-  
cutus, ut opus suum non adurgeret, sed id lente perficeret et commode. Compactus  
autem jamque prope dimittendus Ven<sup>o</sup> Priori se valde deceptum fuisse confessus  
est, quod quae ad acutiorem sensus dolorem se preparasset, indicavit, verum aliquid  
propter Deum tolerare non dignum ab eo judicatum fuisse protestatus est, Eandem  
vultus tranquillitatem in illo temporis intervallo, quod breve reputabat, conser-  
vavit absque ulla sui immutatione. Post octo dies alter panis amputatur sed  
non sine vehementiori dolore. Verum Jacobus nihil de primæ constantiā  
remittens Gloria Patri submissa voce summo cordis affectu protulit. Haec  
operationem febris continua subsequitur et crebris accessionibus gravior effecta,  
epiphoram ei et movit et vitavit in pulmones defluentem, quae non modo  
respirationem intercludebat, sed etiam praemolesti cruciatus sensu lancinabat  
ejus latus, unde deductus est ad extrema. Interim ex praelati mandato dum  
nullum alloqui prohibetur, obtemperavit eo libentius quod soli Deo impos-  
terum vacare liberius sibi liceret, cum quo semper per orationes fuit conjun-  
tissimus. Conabatur superiores suum et conventuales monachos illius ergo  
maerore perculsos consolari. Per haec tempora instabant Comitæ Ordinis genera-  
lia, ad quae Prior Lugdunensis Castellinae pergere debebat, verum infirmus noster  
prius ad Canonicarum depositum pondere, de Vicarii manu Sacram  
Eucharistiam recepit. Interrogaverat viduo ante O. Coadjutorem quibus impen-  
sis et quantis sumptibus quoad Chirurgum haec incisio facta potest Domini  
constare; cui ille quadraginta forsitana scutis hanc operationem remunerandam  
esse respondit. At aeger subjunxit motioris talem mercedem excedere habita ratione  
sui ipsius qui quadraginta Denarii minus valerent, eorum prorsus inmemor,  
quibus Donum locupletaverat, Ingravescente morbo extrema unctione perungitur  
a vicario

a vicario, qui cum Jacobi manum deosculari voluisset, illam vir humilis corde statim retraxit, suam causatus abjectionem, qui terram ab ipso calcatam lingers non merebatur. In his humilitatis summaeque devotionis ad extremum usque spiritum perseverans exercitiis post exactum in conversatione religiosissima vitam placidissime expiravit, adeo ut praevultus serenitate viventi potius quam mortuo similis appareret. Audito tanti viri mortis nuncio V. Prior, qui in primaria Cartusia versabatur, non potuit temperare a lacrimis viroque sanctissimo domum suam orbata fuisse multoties ingenuit.

(Carte de 1632 Ob. D. Jacobus De la Riviere, prof.<sup>m</sup> Doct. Lugduni)

89- Anno 1633 vota Deo coeperunt novitius claustralis et conversus. eoque tempore elaboratum est ornamentum illud album opere topiarii hetero malle variato, quod V. S. O. Joannes Guillaume e Germania attulerat ex dono sororis suae Comitissae de Zolers.

90- Eodem anno dormitoria Conversorum cubacula absoluta penitus fuerant inter quae ampla quaedam diata infirmis reservata.

91- Decessit sub ea tempestate Domicella Austriacae vidua Domini Austriacae, quae moriens legavit Cartusiae centum scuta post annum a die obitus sui ab heredibus suis persolvenda.

92- Perfectum est etiam ablutiois aedificium, in quo fons octianus concluditur ad rem valde opportunus.

93- Anno 1634 novitius monasticam vitam professus est.

Negotium magni ponderis hoc etiam anno Lugdunensi Cartusiae feliciter cessit, Idque fuit incipiens videlicet am. 1637 assis continuas e salis modio supererogativae et in pensionum augmenta dominorum regalis familiae et coronae franciae Commentariensium deputati, sic autem se res habuit. Prima vice qua memorato munere regia liberalitas domum liliorum nimia tunc temporis paupertate coarctatam ampliavit, id ei ad annos duodecim tribuerat, quorum jam pars major id est novem elapsi, urgeus necessitas, magnaque hujus regni negotia non gaudere tribus reliquis, minus adhuc continuationem expectare sinebant. - Aliquando tamen bene providus Superior de rei hujus gravitate Cardinali Lugdunensi sermonem fecit, qui illam regi, cum primum in aulam proficisceretur

propinare

proponere pollicitus est. Hujus autem interea per ordinem capita describi mandavit. Paulo post autem cum Regem convenisset, polliciti sui non immemor, dictum Priorem honorario ephelo accertivit, postulavitque praemonita commentaria, quae post aliquot dies in manus Domini Pelot deposita sunt, qui propter suum in Cartusianos studium se hujus negotii curam habiturum promisit. Stetit promissis, factoque supplici libello rem totam continente, cum Cardinali tradidit regalis invisendae majestatis ergo fontem Bellaquellum petenti, qui ubi primum ei rem exposuit, statim Rex christianissimus annuit ipsius postulationi. Verum in litterarum expeditione regiae liberalitatis gratia terminis quoad tempus praescripta fuit, et novem annorum spatio coartata inchoando ipso die, quo munus primo concessum fuerat, finiebat tempus duodecim annorum. Cum ergo sic feliciter ducta et expedita prorsus res illa credebatur, repentinus accidit casus, qui ~~etiam~~ funditus evertere poterat, nisi divina dignatio, ex cujus pietate provenit, quidquid prosperum fortunaeque est in rebus humanis, eandem benigno favore sustinisset promississetque; <sup>conditio</sup> ~~conditio~~ etiam quaedam interposita et, de usibus annuibus, beneficiis pensionibusque, quibus plerique civium pacifice fruebantur, supprimendis. Recipiuntur oblata a publicano praeterea in supremo consilio, et conventionem facta inter illum et regni administratores, extincta sunt omnino jura haec, memorataque beneficia, ea lege tamen ut singulis et omnibus qui ea acquirerant, eadem pecuniarum suarum, Denario quarto decimo, ratio restitueretur. Hujus partitionis a Domino Pelot certior factus Coenobiarcho Deum solum interpellavit, cui tum a seipso tum a suis plurimis humiliter fuis precibus, nullum jam amplius lapsi negotii a divina dispensatione efflagitabat eventum, quam quem ejus voluntas ordinasset. Interim tamen D. Pelot admitebatur ut res tam feliciter incepta non excideret, quapropter D. d' Emery fisco tunc temporis summa ditione praepositum, et Lugdunensis contributionis juridicum quaestorem, de omnibus quae regia majestas Cardinali in Cartusianorum gratiam contulerat, deque speciali benevolentia, qua Domum illam tuebatur et fovebat Rev. <sup>issimum</sup> Antistes, praemonuit et certioravit. Accidit igitur aliquando ut praefatus publicanus Dominum d' Emery conveniret, ubi tunc aderat Dominus Pelot, quem advocans D. d' Emery indicavit ei quod colloqueretur cum manipe furium, quae ex salariis promptuariis colligebantur a privatis quibusda

quibusdam personis, quodque ea per capita describerent, ut hujusmodi vectigal sup-  
primerent, adjectisque se certiore ab eo reddi velle de his omnibus, quae Rex Cardi-  
nali pro Cartusianis concesserat, scireque etiam an jurium extinctio Cartusiae Lug-  
dunensi obesset. Expetitam Dominus Pelot nactus occasionem consolitarum partes  
suscipiens in eorum gratiam locutus est, significans licitatori illum male de  
Cardinale teneri, quin et ipsius offensionem incurere, si tale negotium levioris  
alioquin ponderis venerationi studioque proferret, quibus eminentissimus Praesul  
ratione sua professionis Cartusiam prosequi tenebatur. Victus ergo rationum ve  
D. Pelot exactor publicus, timensque Cardinalis indignationem attentum probruit,  
vectigalium commentaria correxit, expunxit Cartusianorum arbitrium, eosque  
regiae magnificentiae beneficio permisit pacifice potiri. Sic de negotio habuit  
ad Domus commodum et utilitatem.

94- Anno 1623 cum Cartusia S. Crucis obtinisset restorationem antiqui  
cujusdam juris, quo fruebatur antea, octodecim videlicet sequis medimnorum salis  
in horreis loci de Pierre late sumendorum, quod ei quondam a Provinciae  
comitissa concessum fuerat, cumque ex dono nihil emolumentum percipere possit  
propter interjecta a licentibus impedimenta multas passa petitionis suae repul-  
sas tandem confugit ad auxilium Lugdunensis Cartusiae, quae postquam rem  
pensitasset, hunc octodecim sequis medimnorum salis numerum, quo minus dicta  
Domus suo beneficio gauderet, <sup>ostendit</sup> ostendere cognovit, si quidem illam ingrossum salis  
copiam ad sexaginta et duodecim modios pervenire comperit. Quamobrem, ut res  
num sortiretur effectum, operae pretium esse duxerunt salarium illud munus esse  
dividendum, jureque expedire indicarunt, ut cum consensu Cartusiae S. Crucis  
Domus Lugdunensis hujus dimidium salsedinis a Rege exoptularet. Unde, si  
monachi S. Crucis media beneficii sui forte contenti essent, eam facilius petiti-  
ones suae effectum impetraturam esse non temere presumebant. Faustus hujusce  
rei exitus conceptam haud fefellit expectationem, oblata namque res quamvis  
primum a supremo consilio rejecta fuerit, deinde (Rege Lugduni versante) in domi-  
nicis proposita, et quia Cartusiam lillii S<sup>te</sup> Spiritus gloriosae olim fundationis  
regiae titulis illustratam esse demonstratum est, a senatoribus postulata impetravit.

In hac parte se propitium protulit huic Domini Dominus de Maillae, Diplomatum tunc temporis propositus, neque minus favit D<sup>ns</sup> de Noiers cum rem ad orarium senatum detulit, regiasque litteras ampliori sigillo dimisit obsignandas, de hoc prospero exitu V. Priorem admonere consulto differens, ut ipsemet prius regale diploma tradens ipsum felici nuntio exhilararet. Verum jam ante rei hujus certior factus fuerat. Dem Superior a D<sup>no</sup> de Maillae Cartusiam visitante, non multum vero post senatus consulto statutum est, ut omnes qui vectigal aut jus aliquod in horrea salaria sumendum habebant, titulos suos ad questorii collegii exedram deferrent, ut ab eâ de validitate eorum, aut inanitate judicaretur, quo pacto Lugdunensis, S. Crucis et aliae Galliarum Cartusiae ad supremam auctoritatem consilii pro prerogativarum suarum jurebus tenendis unanimiter confugerunt. Inter ea a R<sup>no</sup> Patre plena potestas demandata est homini qui negotium omnimode prosequeretur. Res feliciter cessit intra enim paucos menses Emi<sup>ini</sup> Cardinalis commendatione, D<sup>ni</sup> Galon Regis a privato consilii patrocinio generale decretum obtentum est, jura et prerogativarum omnium, quae rem illam spectabant, sanorumque summe corroborativum quo superiori prorsus derogabatur privilegiorum fructuonem prohibenti. Verum quidem est Lugdunensem Cartusiam ad modios duodecim, Domum S. Crucis ad novem fuisse restrictas, quae ambae salariis modo in commentariis annotantur, de quibus in illis nullae prius mentio facta fuerat, praecesseruntque ea in inscriptione ceteras domos anni unius tempore, ita ut nulla modo redemptorum salariorum mutabilitate, prerogativarum usus interpoletur, quia juxta hanc venalis praescriptas rationes publicanis traditas, salinarum conducto facta est, in quibus nimirum dictae domus assignantur et continentur.

95.

Anno 1635 duo novitii vota professionis nuncuparunt, eoque labente in eadem domo mortalis vitae cursum absolvit D. Joannes Pirrequin, istius Cartusiae professor et Cartusiae boni loci Prior. Id paulo ante praesagierat cum Veiparae natalitatis vigilia (Lugduni nigrum tunc ob domesticis negotiis versabatur) minus claustrum pertransiens plerumque ad vesperas, D. Procuratori salutariter indigitans se in eo brevi locum suam occupaturum vaticinatus est. Hic prius patet a bisumio

circiter

ciriter pulmonis epiphora vocabatur, quae <sup>ai</sup> maximam respirandi difficultatem  
creaverat, quo tempore ad Cartusiam majorem a R. Patre fuerat evocatus, quem  
adit legationis suae redditurus rationem. ~~Horum~~ Lugdunum redire medicorum  
judicio aequitudini duae sat bene consuluit, reversus autem in domum suam post tres  
hebdomadas hydropisi de repente corripitur, unde medicorum calculo factus vir  
insperatae vultitudinis, cum bona R. Patris venia se Lugdunum lecticario ferulo  
transportari curavit, per iter venit in domum Polletensem in qua biduo commo-  
ratus est, invitus vero ibidem a V. Cartusiae Lugdunensis cenobiarcho, multa ab  
eo recepit tum corporis tum animae solatia, primo autem diluculo refocillatus  
utrumque Lugdunum proficiscitur, quo hora post meridiem secundam appulit,  
statimque visitatus a medico, prima proximae mortis ab illo nuntia audivit.  
Confessus hora circiter solis inclinantis sexta sacrae Eucharistiae viatico praemunitus est,  
ab euntem vero P. Priorem subito revocans probansque sensim sine sensu se deficere,  
extremae unctionis oleo confortari poposuit, quam quidem summam cum animi fortitu-  
dine, libertate mentis, devotionis affectu recepit cunctis adstantibus monachis et  
ipsemet postulatis semper respondens. Porro in hac extremae salutis hora constitutus,  
vota religionis renovavit, veniam petit a confratribus, quos et amplexatus ultimum  
eis colloquuntibus valedixit. Acutissimos per totam noctem cum multa pacien-  
tia et magna mentis ad Divinam voluntatem resignatione dolorum stimulos pertulit  
interdum ven. Priorem alloquens suspirabat: Hec Pater mi quandonam hisce mor-  
talibus corporis compediibus soluta liberior anima ad Deum authorem suum et  
principium remeabit. Hora vero quasi septima post Primam a Capitulo (erat  
quippe dies festus) Prior evocatur ab aegroti ministris qui jam animam egre-  
derentur, advolat ille, sed jam loquelam impotem reperit, jubet illis morien-  
tium relictas preces, quibus et septem psalmis poenitentialibus superadditis cum  
perventum esset ad De Profundis ex intimo cordis recessu longum extrahit spiri-  
tum, summaque cum tranquillitate, visque aliquo modo immutatus vultu  
pater religiosus expiravit. Calem igitur habuit exitum e vita vir probus et  
devotus cellicola, quia parem ante in religionem habuerat ingressum, sicque actum  
est divina dispensatione suis quidem cultoribus suavissima, et votis ejus amantibus

Deo, vitam hanc mortalem terminaret in Domino suae professionis, in qua jam dudum mundo et peccatis mortuus erat, cum Christo victurus in aeternum) (le révérend de cette mort-  
in- n'est- n'est- à Bonlieu ou Montmbrle dont il a été Prieur)

96- *Præ* subsecutus est fr. Petrus Alard quarto a receptione sua anno donatus valde timoratus qui semper infirmitate detentus quarto solummodo ante obitum suum die, lecto desubivit, Divina suppeditante gratia. Vires et robur debilibus et infirmis qui in hac vita manus ad fortia illius ergo mittere non recusant, cumque nullam aliam quietem quam aeternam, nullam felicitatem quam Divinam, nullam patriam quam caelestem inquirere et causa contendunt.

Hactenus Chronicon Cartusiae Lugdunensis gallice Descriptum  
quod nobis anno 1662 ven. P. D. Helou illius domus Prior benevole exhibuit.  
Helou

L'auteur de la traduction en latin de cette chronique est, je crois, D. de  
Coutault. Elle a été prise dans un <sup>ou</sup> deux volumes in-folio servant de 17 ou 18  
qui avait composé le même D. de Coutault; d'autres, D. Cyrien [Boutreau] par ex.  
disent que c'est D. de Vaner. Ils ont travaillé ensemble, ça pourrait bien être tous les deux.

D. Thomas Cocquebart (11 mai)  
Prior Lugdun.

Après avoir rapporté à peu près ce qui se trouve dans la chronique  
l'auteur des Ephémérides ajoute: « Hujus religiosissimi Patris elogium scripsit  
his verbis Gauderonius noster: « Thomas Cocquebart habuit patriam Disiacum  
traque non ignobilis diocesis Laudunensis. Peractis liberalibus studiis <sup>Dominicum</sup> Cartusianam  
majorem adit, in qua monachus habitus effectus est, qui jam monachi mores  
induerat. Prior tandem ad novam S. Spiritus Lugdunensem Bremum amandatus,  
quod in utroque valeret, ostendit et praecipue circa spirituales occupationes quibus  
ingit

Jugiter occupabatur; in caelum usquequaque oculos mentis et cordis intorquebat.  
Unde sibi desideriorum complementum exspectabat et expectabat, nihil nisi pulchram  
omnium Religionum a pravitate mundi respiciendam ipsemet respirans, in dies  
acrescens ipse et increbens omni virtutum comparatione, quae in solitudine, quae in  
congregatione justorum, ita ut qui virum illum intueretur Christo confixum non  
ingrue Deum in ipso, et ipsum in Deo residentem fateretur se vidisse. Pallor et macies  
